ferni. **A**lio mō pdere id est q̄ de-
struere. et tunc cū dīc̄ pdet eam
subintelligē in hac vita. i ē sen-
sus qui voluerit animā suā saluā
facere q̄tū ad meritū vītē et rēne
ipse perdet eā. i. destruet corpus
laborib⁹ et passionib⁹ expenēdo
ex quibus sequit̄ separatio amme-

a corpore et hoc est animā pdere
hū estimacionem falsam carnalē
um licet sit saluare eā hū vīta-
tem. et hū hūc vītam sensū. se-
quitur. **Q**ui autem pdiderit am-
mā suā ppter me. i. ppter deum
mortē sustinēdo ip̄e muemet eā
in beatitudine deo fāendo

TId rācones in oppositum.
ad primam respondeatur negan-
do consequiam. quia abnegas-
re seip̄fū hū extēriōrē sive sensi-
bilem natutam nō obtemperādo
in hīs que repugnant rāconī nō
est contrarium ei quod est diligē-
re seipsum. vt est p̄ceptū q̄ intel-
ligitur scđm naturam rāconalem
vt scilicet homo velit sibi bona q̄
pertinent ad perfectionem rācio-
nis. amare autem seipsum scđm
naturam sensibilem sibi obtem-
perandū non est. vere amare seip-
sum ex caritate p̄opter quod di-
ligere seipsum scđm naturam ex-
teriorē in hīs que repugnant
rāconī est vituperabile. **Vnde.** **iij.**
thi. **iij.** diatur. q̄ in nouissimis
diebus instabūt tempora petici-
losa. et erunt homines amantes
seiplos. sed in hīs in quib⁹ na-
tura extēriōrē interiorē concordat
est laudabile. **Vnde** hoc est abne-
gare semetipsum. id est affectus
humanum non sequi. sed refre-
nare et subiugare rāconī

TId secundam respondeatur
negando consequiam. et rā-
cio est. quia non dīamus q̄ ad

cōsecutionē vīte eterne debra⁹
nos interficere vt destruam⁹ r.a.
turā. quia nemo carne⁹ suā od. o
habuit ad eph. viij. sed abnega-
mus nos sc̄z sensiblē natūrā in
hys que refugnāt ⁊ cōtrariātūc
racōm. vel q̄ retardāt nos a se-
cūtione bonorū spūalū reſtrene-
mus et humiliemus racōm sicut
dicit ap̄k̄s i. corinth. xix. Casti-
go corpus meū ⁊ in hūitutē redi-
go ⁊ id terciā respondet ⁊
negādo consequēciam et racō est
quia lex ch̄risti dicitur iugū sua-
ue et onus leue diligenab⁹ quā a
vt dicit iug. Amor om̄ia leua
facit et amanti mīhi est difficile.
nec hoc repugnat ei q̄ homo ai-
mo fit paratus fuscipe morte⁹ p
pter ch̄ristum si fuerit expediens
vel crux dī ibi mortificatio car-
mis de q̄ ap̄k̄s ad gal. viij. qui at
ch̄risti sūt i. qui sp̄m dei h̄nt car-
nem suam crucifixerūt cum vīch⁹
et concupiscenti⁹ suis passioni-
bus quib⁹ anima inclinatur ad
peccandum et quia tales ad h̄c
ope amouentur ex deuocōne ad
ch̄ristum crucifixū. jō signanter
dicit apostolus crucifixerūt i.
cristo crucifixo se cōformauerūt
affigendo carnem suā. Vnde ad
Galathas secundo. dicit aposto-
lus vt deo viuam ch̄risto cruci-
fixus sum cruci.

Hec secundām questionē
q̄trat⁹ pte⁹ martir di-

ct̄ tripli⁹ aureola dētatis. q̄ v
go. quia p̄dicator sive doct̄or q̄a
martir Queritur vtrū iste tres
aureole in beato petro martyre fu-
erunt equalēs et videtur q̄ non
quia aureola virginitatis vide-
tur esse maiore inter alias. Dicit
enī Cyprianus de virginib⁹ lo-
quens q̄ulūter sit p̄cio gres-
gis ch̄asti. Secundo alij vis-
detur q̄ aureola martirū sit ma-
ior. et hoc dicit beda. Respon-
deo dicendū q̄ tres aureole ibidē
petro jō fuerunt eq̄les. et q̄ sim-
pliciter loquēdo aureola debita.
quia martir excellētior ceteris.
Pro q̄ notandū iuxta sc̄m Th.
m. iij. dī. xix. q̄ p̄emīnēcia au-
reole ad aureolam dupliciter po-
test attendi. Primo ex parte pu-
gne vt dicat aureola p̄cio que
fortiōi pugne debet. et per hunc
modum aureola martirum alij
aureolis superēminet quodam
modo aureola virginum. Alio
modo pugna martirum est forti-
or scilicet seipsum et uellementis
us astigens. s pugna carnis ē
periculōsior inq̄ptū est diutinior
et magis nob̄ imminet euīcō
Secundo ex parte eorū de quib⁹
est pugna et sic aureola doct̄orū
inter om̄es est p̄cio quia h̄iūis
modi pugna uersatur circa ope-
ra intelligiblē. alie uero pugne
circa sensiblēs passionēs eminē-
cia q̄ attēditur ex p̄arte pugne ē

aureolis essentiaior. quia aure
ola h̄m p̄ptiam rāconē respicit vi
ctoriam i pugnā. difficultas ei
am pugne que attendit ex te
ipsius pugne est potior q̄ u'a q̄
attendit ex pte nostri inq̄ tu est
nobis viamor. et ideo simpliciter
loquendo autemola mart̄iū inter
omnes est potior. et ideo oī Ma
thi. v. q̄ in octaua beatitudine me
rit. que ad martyres pertinet sc̄ be
ati qui psecutionem paciūtūr o
nes alij psecutionem ppter hoc etiā
eccl̄ia in conuincione saudorū
martyres dōtorib⁹ et virginib⁹
procedimat. sed quantū ad ali,
quid nihil prohibet alias aureo
las excellēciores eē et p hoc p; re
sponsio ad obiecta

In festo apostolorū philippi
et a robi est euageliū. In illo tē
pote dixit ic̄. Non turbet cor ve
strum Ioh. xii. p̄nt disputari se
quētes questiones. **P**rimo
utrum explicite credere m̄steriū
incarnationis christi sit de nec
essitate salutis. **S**ecundo utrum
credere explicite trinitatem diuin
narum personarū sit de necessita
te salutis. **T**ercio utrum potest
cognitione diuina psonatū
nō cozm̄ta alia

HOp̄imā questionem
sic proceditur: et videtur
q̄ explicite credere m̄ste
riū incarnationis christi sit de
necessitate salutis. **P**rimo sic.
Nō enim tenet homo credere ea,

quæ angeli ignorant. quia expli
catio fidei sit p̄ revelationē diui
nam q̄ puenit ad homines medi
antib⁹ angelis. vt dicit Dyo. iiii
celestis Hierarchie. S. angelī mi
sterium incarnationis ignora
uerunt. vt videtur dicit te Dyo. ex
ponens illud Vsa. liij. quis est q̄
venit de edom ergo angelī nō te
nebant de hoc habere fidē explicati
tam. **S**ecundo sic. **V**icit dicit
Dyo. ix. ce. He. **N**ula etiam de
gentib⁹ ante aduentū ch̄risti
saluati sunt. sed illi nō habebat
fidē explicatā de redemptore qui
reuelacō eis nō erat facta. ergo.
ic̄. **T**ercio sic. **A**duentus redē
pcōnis nō est de dictamine legis
naturalis. sed qui erant in lege
naturali saluabant implentes
ea q̄ sunt de dictamine legis na
turalis. ergo ic̄. **D**ed in oppo
sitū est euageliū in quo ch̄rist⁹
rephendendo Thomā dicente do
mine nescimus c̄ uoyadis. et vi
am quō scire possumus. ibi respō
dens ait. ego sum via i nemo ve
nit ad patrem nisi per me sc̄ i me
credendo i mea opera imitado in
quo tangit m̄steriū incarnationis.
Sicutone sic. Illud ppter i
p̄ se pertinet ad obiectum fidei p̄ r
qd̄ homo beatitudinem cōsequā
tur. via autem hominibus veniē
di ad beatitudinem ē m̄sterium i
carnationis et passionis xp̄i. Dr
em act. iiii. nō est aliud nōmē da
tū homib⁹ in quo oporteat nos

saluōs fieri. ergo necessariū erat
ad salutē habere fidē misterij in
carnationis ad quā fidem diuer-
simode se habet genus humanū
hīm diuersa tempa. In primo em
statu ante peccatiū nō oportebat
ab aliquo hōie habere fidē explic-
itā de incarnationis misterio hīm
qd̄ ordinabat ad liberatiōnem a
peccato. Ista conclusio patet. qz
r̄ dōū seruitus erat inducta s̄ suffi-
ciebat h̄re fidē explicitā in cog-
nitōe dei. vt sc̄z h̄o crederet qz de-
us ei prouideret in eis que necel-
satia eēnt ei ad salutē. In secū-
do autē statu post peccatum ante
aduentū christi quidā habebant
fidem explicitā de redēptore qb̄
reuelatio facta erat qui maiores
dicebant quidā vt minores fidē
implicitā habebāt in fide maioz
vn̄ eis sacramētū redēptionis s̄b
signis sacrificiorū pponebat. In
statu em̄ post aduentū xp̄i qz iam
misteriū redēpcōis impletū era t
corpaliter et visibiliter qz pdica-
tiū om̄es tā maiores qz minores
tenent ad explicite credendū. p̄ci-
pue q̄tli ad ea que coiter in ec-
clesia solēmisant et publice pp-
nūt sicut sūt articuli incarnatiō-
nis alias autē subales cōsidera-
tōnes arca incarnationis articu-
los tenent aliqui magis vel mi-
nus explicite credere hīm qd̄ due-
nt statui et officio vniuersū qz

Ad rationes in oppositum.
ad primā respondetur qz angelī

p̄mitus de incarnationis misse
rio edodā sūt qz homines vt dicit
Opo. c. iiii. ce. **I**tere. q̄tū ad ipsā
substantiā eius qd̄ credendū est
qūis nō q̄tum ad omnes circū
stantias omnū articulati quas
postea rebus euementibus cog-
nouerūt. **A**d secundam respon-
detur qz rāco nō p̄cedit. **T**ū pri-
mo qz multis gentilib⁹ reuelaciō-
facta fuit sicut patet p̄ ea que p̄
dixerūt. **N**ā **J**ob dicitur. xix. **D**icō
qz redēmptor meus viuit. **R**ibil-
la em̄ p̄nūciant aliqua de cristo
vt **J**ug⁹ dicit. tūm secūdo quia
si aliqui saluati fūnt qd̄ nō erat
facta reuelacio non fuerunt sal-
uati abs qz fide meditatoris quia
et si nō habuerunt fidem explicā-
tam habuerūt implicitā in diui-
na p̄uidencia credentes deū esse
liberatōrē hominū hīm modos. si-
bi placitos. et hīm qd̄ aliquib⁹ re-
uitatē cognoscētibus ipse reue-
lasset hīm illud. **J**ob. xxxvii. qui
dotet nos super rūmetā terre.
Ad tertiam resp̄ ondetur negā-
do consequētiam et rāco est. qz
q̄tli ad cognitionem misterij in-
carnationis non sufficeret per se
natūra sufficiebat tamen cū lege
scripta ante legē vero adiuta per
gratiā.

Had secundam questionē
sic proceditur. videtur
qz credere explicite tūm
tatem diūmarum personam nō
sit de necessitate salutis. **P**roo sic

dicit em̄ ap̄k̄ ad heb. xi. credere
op̄t̄t accēdēt̄ ad dēū q̄p̄ es̄i.
ergo vidēt̄ q̄ nō oportūt̄ credere
distīctiōnē p̄sonāz. Secūdo sic
Cognitō fidei est. n̄ cēllatia m̄q̄n
tū nos ī finē dirigit. sed de⁹ est
fīns nōster m̄q̄ntū est. suminuz
bonum quod ad eēntiam p̄tinet
ergo vidēt̄ q̄ sufficiebat de⁹
credere eēntialia. **T**ercio sacra
scriptura est regula fidei s̄ ī scri
ptura et teus testamētū non fuit
facta exp̄essa mentio de trīntatē.
ergo non erat necessariuz cre
dere illam. **T**ā in oppositūz est
euangelium presens. vbi xp̄us
reprehēdens philippum ait. tan
to tempore vobiscum sum et non
cognouistis me ibi philippe qui
videt me videt patrem meum nō
credis quia ego ī patre et pater
ī me ēst. **R**espondeo dicen
dum q̄ p̄ tempus gratae diuul
gate tenemur ex parte ad credē
dum mīsteriū trīntatis. **I**sta
conclusio sic declaratūr mīsteriū
chīstī exp̄licite credi non po
trit sine fide trīntatis. quia ī mī
sterio chīstī hoc continetur q̄ si
lais dei carneū assump̄t̄. Item
q̄ per gratiam sp̄itūs sancti nō
dū n̄ renouauit. et itērum q̄ de
sp̄itu sancto conceptus fuetit.
et ideo eo modo quo mīsteriū
chīstī ante chīstum fuit quidē
exp̄licite creditum a maioribus.
imp̄licite autem et quasi obum
brate a minoribus ita etiā m̄. m̄.

st̄tūm trīntatis. et ideo post tē
pus gracie diuulgate lenentur
omnes sicut dicūm est ad credē
dum mīsteriū trīntatis et om
nes qui renascuntur ī christo
hoc adipiscuntur p̄ iuuocatiōnē
trīntatis. s̄m illud. **N**ath. vla
mo. **E**ntes docēt̄ omnes ḡtēs
bap̄asantes eos ī nomine pa
tis et filii et sp̄ūs sancti.

Tā raciones in op̄positūm.
ad p̄mam resp̄ōdetur negatio
consequentiā et rāco est. quia
apostolus posuit illa que oportuit
exp̄licite credere de⁹ omni tē
pote et quo ad omnes

Tā secundam respondetur
negando consequentiā et rāco
est quia ad dirigendū ī finē
non solum op̄t̄t̄ cognoscere si
nem sed ea s̄nt̄ quib⁹ ī finē
dirigi non potest. et ideo oportet
habere exp̄licitam fidem non tan
tum de fine sed etiam de mīste
riū trīntatis. quia fine diuina
personarū roſiōne ī finē bea
titudinis veniri nō potest

Tā tertiam respondetur uno
modo ne gādō minore. quia ī ve
teū testamento mul. plūiter est
expressa trīntas persona cum si
cūt̄ statim ī principio. **G**ēn. vbi
ad expressionē trīntatis dicitur
faciamus horūnē ad ymaginē
et similitudinem nostram. **T**ā
secundo non etat necessarium
ut exp̄licite omnes cognosce
rent mīsteriū trīntatis.

ideo non fuit positum mistarium tri-
matis manifeste in veteri testa-
mento sed relate ut sapientes cre-
dere possent

Hec terciam questionem
sic proceditur et videtur
quoniam persona p̄t cognoscī
alia non cognita. Primo sic
Essentia dimitatis potest cognosci
nō cognita distinctione perso-
natū sicut cognoscebat ph̄i·er-
go eciam quoniam persona alia nō co-
gnita. **T**ertio sic. Discipuli
habebant noticiam de xpo. et tñ
nō habebat de p̄te. **V**n dicit phi-
lippus ostende nobis p̄te et fui-
fiat nobis. **T**ercio sic. diuine
personae h̄nt distinctos articulos
et per dñs distinctas cognitōes
ergo quoniam persona potest cognosci alia nō
cognita. **T**in oppositū est euangeliū
p̄ns. vbi xpc ait. **N**ic cognoisseas me et p̄rem meū vāqz
cognouissetis et m̄fra. tāto tepe-
wbiscū fū et nō cognouistis me
philippe quī videt me videt et pa-
tre meū. quō tu dicas ostēde nob̄
p̄te. nō credis q̄ ego in patre et
pater in me est. **T**iespondeo
dicendum q̄ quia verba h̄modi
euangelij sūt aliqua obscura sūt
aliquā notāda pro eius intelligen-
tia. **P**rimo notandū q̄ fm Aug.
inter discipulos aliqui erāt q̄ ea
am xpm fm qd erat verbum dei co-
gnoscebat. quorum vñus erat pe-
trus qui dixit. tu es xpc fili⁹ dei

viii **M**ath. xvi. Alij erat q̄ eū
nō cognoscabant inter q̄s erat
philippus q̄tū ad p̄mos dixit q̄
e gova ws scitis. q̄tū vero ad
secundos dixit non cognouistis
me. **D**ecūdo notandū q̄ xp̄c du-
pliciter cognosci poterat. vel s̄m
humanam natūrā et sic oēs scie-
bant. et q̄tū ad hoc dixi quo ego
vado ws scitis q̄ vado ad patrē
quem scias per me wobis manife-
statū via autē per quā vado ego
sum quā scitis. **D**ecūdo p̄t cog-
nosci p̄ m diuinam natūrā et s̄m
hanc diat et nō cognouistis me
Tercō notandū q̄ nō est mēou-
mens q̄ vñ et idē sciri et igno-
rati diuersimode p̄t. cognitio em̄
humana procedit de imperfeto
ad perfectū ut habeat p̄mo phi.
et ideo illud qd̄ scīt in generali
et confuse bene ignorat in particu-
larū et determinate sic erat in p-
posito. q̄ christi doctrina in quo
dā generali et diffuso accepta erat
et sic dicit christus eos scire de-
terminate autē et perfide adhuc
nesciebant et sic tho negauit se
scire p̄t qd̄ xp̄c explicat magis
in particulari. ego fū via s̄m hu-
manitatē q̄ illa que gesit in hu-
manitate fūt via perducēs nos
ad gloriam et sic vtricq̄ dixit vñ ut
dicit **A**lbertus Ep̄us em̄ dixerat
q̄ se quā via erat nouerant tho
mas autem negat q̄ licet cristiū
nouerat tamē de xp̄o sub mēco

vie dubitabat et querit sicut q
noscit xp̄m nō oportet q cognos
cat eum sub formā verēas. sic
ergo dicit nescimus quo vadis.
quia licet q ad patris beatitudinē
vadis. nō tamē scim⁹ p̄m
sub rācōe termini siue finis vie
tue. et ideo nescimus quo vadis
dicit **Ihesus**. ecce illuminatio du
bitacōms. ego sum via veritas et
vita. via per me ut certū ex ēplū
virtutis transitis ego sum veritas
id est doctrina in qua non deuia
ego sum vita quo ad om̄itatem in
qua quicunq; per me vivit i se
p̄ternum vivit. hoc int̄edit ita
ut dicit **Albertus** q sit via conve
mpter p̄bat dicens. Nemo ve
nit ad p̄te; nisi p̄ me ducentes si
cut via ducit q nec ad cognitio
nem patris venit nisi p̄ me **Job.**
p̄mo. vīngemitus qui est in fini
patris ipse enarrabit i dās cer
tam termini vie demonstratio
nem subiungit dicens. Si cog
nouissetis me scdm diuinitatem
quā in op̄ib⁹ et operū eoz co
gnoscere facile potuistis et p̄m
meum quīvn in deitate mecum
est cognouissetis utiq; quia nā
opera m̄diusa sunt sicut indiui
sa est virtus et substantia q cpe
tamur ammodo cognoscetis eū
accepto spiritu sancto post resur
rectionem et ascensionem meaz
qui reuelabit vobis omnia que
dixi vobis **Job.** xvi. Cum vane

tū patrūlītus quem ego knittam
nē ille docebit vobis omnia iē .
vt vīdistis eum quia vīdeo me
in quo est diuina natūra que est
idē q p̄te vīdistis eū q em̄ misit
me mecum ē **Job.** viii. consequen
ter sequitur dubitatio philippi
que oritur ex p̄te denti quasi di
ceret ex quo dicas patrem eē deū
ad quem vadiſ et in quo est ter
minus nostre beatitudinis. ostē
de nobis patrem et sufficiat nob̄
ac si dicat et si nihil ultra querit
hoc dixit philippus. quia patrē
in rācōne patris non nouit licet
in rācōne dei. **Philipus** enim in
rācōne fuit. ut dicit **Albertus**. q
licet cognouerit deū in rācōne dei
nō camen cognouit sub dis in
ctione personarū et indigebat il
luminacōne ampliori et illā xp̄c
sicut doctor prius exhibet dicēdo
philippum redarguendo. tanto
tempore vobiscum sum ostendes
vobis viam et patris operacionē
et virtutem et substanciam. et
per illa non cognouisti me. ac
si dicaret mirum est valde. quia
qui vīdet me vīdet et patrē me
um sc̄z sīm diuinitatem. et ideo
mirum q hoc tocens a me audi
tum non cognouisti. **P**urgit
questio que est. quare tāto tē p̄te
perfecte non cognouerunt chris
tum. Respondeatur iuxta **Albertum**
super **Job.** q ideo qā oculi
eorum tenebāt velamine carnis

et infirmitatis ch̄risti quo semp
cogebantur dubitare. quia et pe
trus aliquando se confitebatur
et pro alijs dicens. tu es ch̄rist⁹
filius dei viii. **M**at̄. xvi. Ta
men ite cum propter infirmitatē
carmis reassorbabant ad fidei mō
dictatem. et propter illam car
mis assumptam infirmitatem. +
semp patrem meliorem filio cre
debant. et ideo vt dicit glosa nec
filium perfecte cognoverunt. q̄a
non omni natura filius est equa
lis patris. et ideo qui patrem filio
meliorem credit. nec filium cog
nouit esse filium per naturam et
ideo philippus reprehensione dig
nus fuit q̄ non cognovit. philip
pe qui vidit me per opera esse de
um videt patrem quia deus in
communicabue est nomen et natu
ra nulli nisi vñ substantiaz
conueniens. et ideo qui cognos
uit diuinitatē in filio cognovit
eam et in patre. quia pater et fi
lius vnum sunt in natura. et io
recta cōsequencia qui vidit filium
disticta cognitione vidit et pa
trem. quomō tu dicas inquit
apostolus electus tot doctrinis
imbutus tot reuelacionibns illu
minatus cū sis unus de illis qui
b⁹ dixi **M**at̄. xiiii. vobis datuz
est nosse misterium regni celorum
dicas ostende nobis patrem. cum
tociens ubi pē in demonstratio
nibus operum ostensus sit **I**oh
xvij. Pr̄ manifestari nomē tuū

homībus quos dedisti mihi.
non credis quia ego in patre et
pē in me est quasi diceret hoc nn
cum est cōsequenter prehabi
tis illuminacionis subiungit p
fectam rationem dicens verba q̄
ego loquor que tantum habent
effectum q̄ quicquid dico statu
fit. quod non conuenit nisi vbo
de te vobis ad utilitatem vestram
a me ipso non loquor priuata q̄
sic effectum non haberent. pat
autem in me manens per sub
stantiam ipse ut actor facit ope
ra in me. sicut enim in diuisa est
natura. sic in diuisa est operā
Ioh. v. Opera que ego facio nō
non creditis quia tu non loques
ris tantū pro te sed pro omnibus
alijs. quia ego in patre et patre
in me est. quasi diceret. mihi est
si hoc post tanta opera visa non
creditis. alioquin supple si simpli
citer non creditis sine alio indu
cente ws ad fidem propt̄ opera
ipsa credite. loqui q̄ omnibus a
postolis. quia illa sufficient ws
ad fidem inducunt. scis sic ex
peditis pro intelligēcia sana eu
angelij pro responsione ad for
inam q̄stiom est notandū q̄ tu
plex dīvisio q̄ videt deus a nob̄.
vnā est que perficit lumine na
turalis rationis. q̄ p̄ effect⁹ dei
qui sūt quedā vestigia surgit ad
noticiā aliqualē dei. sicut dī sap.
xij. a magnitudine speciei crea
ture poterat eorum creator videā

et ad eo i. inuisibilia dei p ea que
facta intellecta cōspicūt. et de ta
li v. sione ē cōclusio qd deo p̄tv
dei nō intellecta distinctione p̄ so
natum sicut p̄hi et iudei dicuntur
habere notiam dei scz qd fit qd
fit unus et qd fit bonus et qd fit po
teſtissimus et hmoi **C**um autē oēs
effectus dei respiciunt potentiā et
bonitatē dei que omnia p̄tinent
ad eēndam diuīnam nō ducunt
in cognitōne distinctionis aliu
ius plonarū. **P**ecūda visio est q
homo dicit videre ali qua que fuit
supra intellectum humanū que
lumine fidei et reuelacōis dñi nū
Lexi xp̄i p̄ sp̄m p̄ficiē m nobis et
ista cognitō aliqn p̄ successionē
temporis crevit sicut dicit **P**ag
qd fm incrementū tpm crevit sci
entia sandor patr. et aliquan
do hoc contingit ut dicit sandus
Thomas. ex impotēcia ad oīd n
dū quā a principio totū capte nō
p̄nt. **V**nde oportet humanū itē
lectum assuefeti ad ea que fidei
sunt ppter qd dominus discipulū
dixit. multa habeo vobis dicere
que non potestis portare mō. **L**o
vij. hoc manifeste habem⁹ in eu
angelio **Joh**. nam in p̄senti euā
gelio reprehendūtur apostoli. qd
nō cognouerūt diuinitatē chri
sti nec patrem sicut vīsum est in
fra. camen. caplo. xvij. augmen
tata fide illorū dt xp̄s de eis nūc
cognouerunt omnia que dedisti

mīhi abste fūt i a te procedēcia
quā verba que dedisti mīhi abi
scant concepcōis quo repletus
fui omni cogmōe veritatis dedi
eis interius et ext̄rius docendo
et ip̄i acceperunt doctrinam ch̄ri
stī recipiendo. et cognouerunt p̄
doctrinam ch̄risti et p̄ miracula i
qd hmoi cognitō fuit fidei iō sub
ditur et crediderunt vere. id est fir
miter et stabiliter quā tu me mī
fisi. et de tali cognitōne fuit con
clusio secunda. qd cognitōne si
dei p̄fecta non potest quās videre
vnā personam alia nō vīsa. pa
rtēt conclusio ex dictis xp̄i dicen
tis. si cognouissetis me perfecta
fidei cognitōe cognoscendo i me
diuinitatē credendo me nō solū
hominem sed verum dēū vīsq et
patrem cognouissetis qui vnu
m diuinitate est mecum **T**ertia
visio dei est vīsio intuitua q̄ be
aroident deū de qua dī **Io. xvij**
hec est vita eterna ut cognoscāt
te solū deum et quem misisti **I**ux
sū ch̄ristum. et de tali est conclusio
tertia. qd est impossibile vīderū i
diuīnis vīna persona alia nō vī
sa. p̄z cōclusio ex p̄ senti euā gelio
ait em̄ ch̄ristus qui vīdit me vi
det et patrem meū **R**acōe p̄bat
sic **I**n persona diuīna nō intelli
gimus nisi substāncā sive natu
ram que vīna est simplicissima ē
trūm personarū. nec potest vīde
rū i vīna persona qn eadē vīdeat

in alia. Secundo intelligimus re lationem sed relativa sunt similes naturali intelligentia. ita unum est in intellectu alterius. ut pa ter dicitur filius pater. et filius pater filius. ergo impossibile est vi sione aperta que est visio per es senciam cognoscere unam perso nam alia non cogita.

T Ad ratones in oppositum. Ad primam respondeatur quod ratio procedit de prima cognitione naturali quia tali non cognosci tur distinctio personarum in dominis.

T Ad secundam respondeatur quod cognitio discipulorum ad minus Thomas et Philippus fuerit i pfecta cognitio. et ideo merito re prehensi fuerunt a christo.

T Ad tertiam respondeatur negando consequentiam et ratio est. quod non omnes articuli sunt sic distinc ti ut in eis non implicetur cog nicio plurium personarum cum dicitur. Credo in deum patrem omnipotentem in iam intelligitur cum patre filius. Item cum dicte. Et Ihesum filium eius implicitantur due persone. qui conceptus est de spiritu sancto. Ecce implicitantur due persone. et ita ratio non procedit. tum etiam quia licet in articulo uno non fiat mentio nisi de una persona non sequitur quod perfecta cognitione fidei possit cognosci una persona alia non cogita quia si de patre habeo perfectam fidem. oportet quod cognoscam de

eo quod genuit filium ab eterno et ab eo filio processerit filius scimus et sic de alijs

T In festo inuenientis sande crucis est euangelium. Erat ho mo ex phariseis regis. Lob. iii. Circa quod primum disputari sequentes questiones. **T** Primum utrum fu erat conueniens comparatio cum dicitur sic. Moyses exaltauit ser pentem in deserto. ita oportet ex altare filium hominis. **T** Secun dum doctru ni sit verum quod nemo ascendiit in celum nisi qui descendit de celo filius qui est in terra.

T Tercium utrum crux christi sit adoranda adoratione latiae

H Ubi primam questionem sic proceditur videtur quod non fuerit conueniens comparatio cum dicitur sicut moyses exaltauit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium hominis. Primum sic. Christus fuit absque omnium peccato innocentissimus. et ideo dicitur est agnus sine macula flos campi et lily. rc. Cantorum. ii. Perpens est autem naturaliter venenosus ergo non videtur ex parte ista conueniens comparatio inter comparabilitia semper requiritur aliqua proporcio aut analogia. **T** Secundo idem arguitur sic. christus exaltatus est proculatibus iudeis ex malitia eorum. serpens exaltatus per moysen ex mandato domini

Tercio ex pte effectus. quia aspectus serpentis saluabat a morte corporali tantum. filius hominis exaltatione a morte anime et restituit vite eterne. **I**n oppositum est euangelium. **N**ec odo dicendum quod conuemens fuit comparatio illa christus enim illam fecit. ergo fuit conuemens. **P**nde nota quod sicut habetur **N**umeri xxii. populo iudeorum murmurante contra dominum et dicente naufragat anima nostra super isto abo leuissimo misit dominus in gloriam serpentis. et postmodum concurrente populo ad moysen et ipso clamante ad dominum mandauit dominus in remedium fieri serpentem venenum. quod quidem fuit in re nedum contra illos serpentes. Nam percussi a serpentibus aspicientes eum sanabantur et in signum passionis domini. et quia sicut aspectus serpentis sanabat a morte corporali. sic ipso multo magis fides Ihesu Christi crucifixi sanaret a morte spiritus alii et restituere vite eterne. voluit autem morti exaltatus. Primo ut purgaret celestia. iam enim per sanctitatem sue conuersacionis purgauerat terram testabat per mortem purgare aeram. **L**ob. in Pacificans per sanguinem suum que in celis que in terris. Secundum ut triumpharet de demonibus quia in aere bellum preparat ad eph. iiiij. secundum principem aeris.

Tercio ut corda nostra ad se traheret **L**ob. xij. Ego si exaltatus fueris omnia traham ad me

Tridas rationes in oppositum. ad primam dicendum quod serpens ille quem exaltauit moyses cum esset eneus venenum non habuit. sed figura fuit serpentis venenosus. sic christus non habuit peccatum quod est venenum. sed habuit similitudinem veneni. id est peccati ex carne passibili **R**oma viij. Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati et sic conueniens fuit comparatio serpentis ad christum in hoc

Tridas secundam respondetur negando consequentiam. quia solum facta est comparatio ratione dicta et ratione effectus sequentis

Tridas terciam respondetur negando consequentiam. nec oportet quod inter similia sit omnimoda similitudo quia iam non erunt similia sed eadem. corporalia enim bene sunt figura sive signa spiritualium ita est hic nam sicut fructus figuralis serpentis erat quod quicunque respiciebat serpentem eneum liberabatur a veneno et preservabantur vite. ita hic qui respicit fructum hominis exaltatum. id est qui credit christo crucifixo liberatur a veneno peccati et preservabatur ad vitam eternam

Hec secundam questionem sic proceditur et videtur quod non sit verum quod nemo

ascendit in celum nisi quia descendit de celo filius hominis qui est in celo. Primo sic. Ipse filius hominis non descendit de celo ergo illud non est verum. Quia patet antecedens probat aut descendit secundum diuinam naturam aut secundum humanam non secundum diuinam quia divinitate non conuenit descendere de celo motu locati quia sic non remaineret in celo nihil enim locabitur motum remanet. Unde descendit non etiam descendit secundum humanam naturam patet quia non descendit secundum corpus sicut hereticus valentianus dixit quod Christus de celo detulisset et transisset per virginem nihil ex ea accipiens sicut aqua per fistulam quod est contra apostolum ad Romanos primo quod factus est ex semine datum secundum carnem nec etiam descendit secundum animam quia sic esset error originis qui dixit animam esse ab inicio et ex semine cum angelis et verbo omittam et postmodum de celo descendisse assumendo carnem de virginem sed hoc repugnat catholicae fidei que animas ante corpus existuisse dicit non ergo Christus secundum humanam naturam descendit de celo. Secundo sic. ad epiphanius. Christus ascendens in celum captiuam duxit captiuitatem. scilicet sanctos pres quos de limbo eduxerat duxit in celum et tamen isti nonque descendunt de celo ergo

alii ascendunt in celum qui nunquam descenderunt de celo. Tercio idem patet de paulo r apto in tertium in celum qui per ibi numerique fuerat ex de sanctis omnibus quia ascenderunt in celum secundum illud non continebat vni domum habemus non manu factam in celis. In oppositum est euangelium patrum. Respondet dicendum quod secundum est quod dicitur a christo qui cum sit veritas. Iohannes certus est et Iohannes dicitur certus mente non potest brevis sensus illius verbi christi est quod filius hominis id est christus et in membra sua qui sunt omnes fideles iusti ascendunt in celum qui idem filius secundum diuinam naturam descendit. Pro quo notandum quod cum in christo sit unum suppositum vel una personam vel personatum duarum naturarum in diuina scilicet humanae ex quaenam earum hec suppositum nominetur poterunt ei attribui et diuina et humana possumus enim dicere quod filius hominis creavit stellas et quod filius dei crucifixus est non secundum diuinam naturam sed secundum humanam. Iesus autem hominis creavit stellas secundum diuinam naturam ita ut de his que de christo dicuntur non sit attendenda distinctione quantum ad eum de quo dicuntur. Sed in differenter et diuina et humana dicuntur de deo et homine.

ut fiat distinctio q̄tū ad id s̄m
qđ dicit̄ qđ dīma dīcitur de x̄ o
b̄m dīmā naturam. h̄uana vero
b̄m h̄uana naturā descendere d̄ ce
lis dīc̄ de filio h̄is nō b̄m h̄ua
nā naturā sed b̄m dīmā b̄m quā
couerit ei an in carnacōe suis
dī aut̄ descendere nō motu locali
sicut argutū est nec sicut definēs
eē sursum in celo. sed qđ assumptis
naturā que est de oxsum et nō ad
designandū qđ descendit nō mo
tu locali sed assumptione nature
infētioris humanae dicit qđ descē
dit fili⁹ hominis. i⁹ in q̄tū est fa
ct⁹ filius hominis. Secūdo nota
dū qđ persona christi aliquā accipi
tur cum p̄scissione pro solo capite
quēadmodū dicit Joh⁹. qui de
sursum est super omnes est. ali
qñ p̄ totū corpore siue pro capite
in q̄tū sunt ei membra vniata. vi
delicet omnes fideles existentes
in caritate. et hoc modo accipit̄
hic Joh⁹. iij. cū dīc̄. nemo ascen
dit in celū t̄c. In lug⁹. in libro
de baptismo guulorū in vnitate
eūis. omnes immutandi leuandi
qđ concūrunt. ut ille qui descen
dit sit ille qui ascendit nō aliud
se deputans qđ corpus nostrum
ut de ipso et ecclā vetius dicatur
erūnt duo in carne nō ergo se
quitur solus christus ascendit nō
ergo nos ascendemus. qđ sicut
dicit glo. nō ascendūt in celū ni
si sunt membra coherēcia illi qđ
estyna persona homo t̄ dei fili⁹

Ad rācones in oppositum.
Ad prīmā respondet̄ negando
āns. et ad p̄baconē respōdet̄. et
qđ descendit b̄m dīmā naturā
eo modo quo dīctum est. b̄m ve
ro humana naturā non descendit
sicut bene argutum est. vel p̄t dī
ci qđ b̄m corpus descendit de celo
ut Hylatius dīc̄. nō qđ materia
corporis christi de celo descendit
sed quia virtus formativa eius
de celo fuit. Unde lug⁹. ad orati
um dīc̄. celestem dīc̄ christum
quia nō est humano cōceptus ē
semne. et hoc modo exponit Hy
latius ut dīc̄ sanct⁹ Thomas.

Ad secundam respondet̄
qđ sancti patres ascendentēs cū
christo fuerunt et sunt membra
eūis ideo cum ipso qui fuit in ce
lo ascenderunt ut dīctum est.

Ad tertiam eādem est respon
sio. ppter hoc enim filius dei d̄ ce
lis descendit ut nos faciendo mē
bra sua ad ascensum celorū nos
preparat̄. nūc quidem ipse tan
dem vero in re ad ep̄h. iij. qui re
fuscauit nos et cōtendere nos
fecit in celestibus

Ad tertiam questionem
sic procedit̄ videtur
qđ crux non sit adoranda
adoratione latice. Primo sic Nul
lus pius filius veneratur contu
meliam patris. puta flagellum
quo flagellatus est vel lignum
quo fuit suspensus sed magis ab

hōret. **P**ps autē in ligno crucis
ob probissimā mortē pasiōē f. m.
illud **L**ap. n. nocte turpissima
cōdēpnem⁹ eū ergo fideles non
dōt crucē venerari s̄ magis abhor-
ire. **T**erciū sic. Humanitas
xpi adoratur adoracōne latrie in
qntū est omīta filio dei in psonā
quod de cruce dīci nō p̄test. er-
go crux xpi nō est ad rānda ado-
racione latrie. **T**erciū sic. crux
cristi fuit instrumentū passionis
ita et multa alia. puta clavī lan-
cea et corona spīnāz sed istis nō
exhibem⁹ cultū latrīe. ergo vide-
tur q̄ nec cruci cristi sit exhiben-
dus. **Q**uarto maiore affinita-
tem habet beata virgo ad xpm
q̄ crux. sed beatavirgo non ado-
ratur latrīe. ergo multo minus
crux. **T**In opp. situm arguitur
sic. reliquie alioē sāntoru vene-
rantur eadem veneracōne qua et
ip̄i. sed crux cristi est de reliquijs
cristi. ergo adorabitur eadē ado-
racione qua cristi sc̄z latrīe.

Respondeo dicendū q̄ honor
et reverentia nō debet nisi racōna-
li creatūre aut sensibili. **I**nsensi-
bili autē nō debet nisi racōe natū-
re racōnalis. et hoc dūplicat. **V**no
modo inqntum rep̄sentat natūra
racōnale. **I**lio modo inquantum
ei quocumq̄ modo cōningit. **V**ri-
mo modo cōfuerunt homines
adorare regis ymaginem. **S**ecun-
domodocūs vestimentū. vtū.

Cz autem venetatur homīnes ea
de. a veneracōne qua venerant̄ et
regem. **I**i ergo loquimur de ip-
sī. cruce in qua ch̄ristus crucifix-
us est vt roq̄ modo est a nobis
veneranda. **V**no sc̄z modo inqntu-
m representat nobis figuram
et t̄stī extensi in ea. **I**lio modo
ex contactu ad membra ch̄risti q̄
hoc q̄ eius sanguine est perfusa
vnde vt roq̄ modo adoratur eadē
adoracione cum ch̄risto sc̄z adora-
tione latrīe. et ppter hoc ecclā cu-
cem alloquimur et dep̄ recamur
quasi ipsum crucifixum. dicētes
O crux aue sp̄es vñica hoc passi-
ōnis tempore auge pijs iusticiaz
et sc̄z dona vñiam. **V**ixto loqui
n̄ ut de effigie crucis cristi in alia
materia. puta lapidis vel ligni
vel auti vel argēti. sic vñeramur
cucem tantum rot ymaginem sc̄z
licet adoracione latrīe.

TAd raciones in oppositū
ad primam respondetur negādo
consequēciā et rāco est. quia
in cruce ch̄risti licet quantu⁹ ad
opinōnē vel intēndōnē infide-
lium consideratur obprobrium
ch̄risti. quantum tamen ad esse
ērum nostre salutis consideratur
virtus diuina qua xpc de hosti-
lū triumphauit. **C**ollo secundo
et ideo dicit ap̄stolus. i. cor. i.
verbū crucis pereuntibus qui
dem sc̄lūcia est h̄ns autem qui
salui sunt virtus dei est.

TId secundum respondetur negando consequentiam. et rāco est q̄ licet crux ch̄risti nō fuit ut omnia verbo dei in persona fuit tamen ei omnia aliquo alio modo se; p̄ representacionem et cōtāctum et hac sola ratione exhibetur ei reverentia.

TId tertiam respondetur negādo consequentiam et rāco est. q̄ alia rāco est de cruce et alijs instrumentis. quia licet q̄tū ad rationem cōtāctus mēb̄or̄ ch̄risti adotam̄ eaā nō solū crucē s̄ ecā omnia que sunt ch̄risti. vt lācea clāui et vestimenta. ista tamē nō representant ymaginem ch̄risti. sicut crux que dicit̄ signum filij hominis quod apparet in celo Mat̄. xiiij. et inde est q̄ ymaginē xp̄i venēramur nō ymaginē clauorū vel quoruūq; aliorū.

TId quartam respondetur negando consequentiam et rāco ē quia crux ch̄risti est ymago ch̄risti non autē beata virgo. Prate reā crux pro vt in se cōsideratur nō est capax honoris cū sit res in sensibilis. sed beata virgo ē s̄m seip̄sam capax veneracōmis et iō nō est similis rāco.

TIn festo beati Joh̄. ante portā latinā possunt disputari sequentes questiones. **P**rimo vtrum beatus Joh̄. supra p̄dus domini recipiens tantum inde sapientie fuit vt in figura aquile n̄uit inter euāgelistas designati

TSecundo vtrum beatus Joh̄. hamnes inter marores debeat cōnumerari.

HOp̄imam sic p̄cedit. Evidetur q̄ non debuit figura aquile designari sed hominis altior est visio intellectualis q̄ sensibilis ergo beatus Joh̄. quanto altius de diuinis erat locutus conuenientius remiebat figurandus figura naturae rationalis puta h̄m n̄is q̄ aquile qui intellectu et rāco earet. **I**n oppositū est illud Eze. p̄mo aquila erat desuper ipsorum quatuor. **R**iespondeo q̄ būis Iohannes meruit inter omnes euangelistas conuenientius figura aquile designari. rāco est sicut supra cum de beato marco si eret disputatio dictū est euangeliste sortiti sunt figuras s̄m materiales de quibus specialiter locū sunt in euangelij. vt figura beati Mathei. est facta in facie hominis quia principaliiter describit facta ipsius humanitatis christi. **M**arci vero descripcio in facie leonis quia principaliter describit ipsius christi regnum. **D**escripcio Luce designatur in facie bouis. qui est animal ymoticum. quia principaliter describit ipsius christi sacerdotium. Ita descripcio beati Joh̄. cōnementer designatur in facie aquile quia principaliter describit

81

in chasto excellenciam diuine na-
ture. et ideo quia latissima est con-
templatus in euangelio suo conve-
menter per aquilam est designatus.
Igitur enim in proprietate que aquila
est dicitur. **P**ictus primo quod aquila
acute videt ita ut etiam solem in
tota in reuerberata aene oculi aspi-
cere dicatur. propter quod visus a
cum aquila ab acumine nomine
acapiens vocatur. **E**t insuper cum
pulli sibi sint sic probare dicitur. cum
enim de ovis e gressi iam per naturam
coadunatos habet oculos quibus
bet pullorum ad totam solis vi-
dendam disponit et cumuscumque
oculos lacrimarii cospexit illi ab
icit. et quem illorum pati sole irre-
uerberata pupilla comprehendit.
habet tamquam suum fouet et nutrit ita
beatus Iohannes. irreuerberato sole ad
lumen verbi quod **A**p. viii. candor
lucis eterne dicit se convertit et he-
reticos hoc lumen aspicere non posse.
Sed de modo ecclie abicit sicut fer-
at de obiominis qui tempore suo
fuerunt dicentes Christum esse hominem
putum. **C**atholicos vero hoc lumen
intuitus sincera fide in ecclesie modo
sua doctrina fouet et nutrit. et Iohannes
bene dicitur de eo **E**ccl. i facies
aquile desuper eorum quatuor.
Alij enim euangeliste humamita-
te domini nostri Ihesu Christi describunt
parvum se ad diuinitatem eius eleuans.
Hic autem ad eterna diuini-
tatis se attollit. et parvum de natu-

tate humana se intronit **E**ccl.
In facies aquile extensa desuper
erat. bene certe extensa desuper
erat. quia dicit Augustinus. **D**i-
paulo alaus in tonasset totus
mundus non intellexisset. et id
dicatur de eo in prosa de ipso tam
implenda quam impleta numquam
dit tot secreta purus homo prius
us. **P**ecunda proprietas aquile
que conuenit beato Iohanni est
quod alter volat. quod autem dicit in ce-
lesti ierarchia dyomius altissi-
lum significat diuine contempla-
tionis. non enim Iohannes diuina de-
scritur per creatura visibilia in qui-
bus dei muemitur vestigium nec
describit diuina per creatura inuisibi-
lia in quibus diuina resultant quia
per speculum. nec describit diuina
per emigmata occultarum in qui-
bus diuina latet allegorice per se
cretum. sed describit ea per ipsum
lumen diuum. et ideo altissime
volavit. **P**nde apocalypsis. viii. audi-
ui vocem vocis a quile volantis per
medium celum vocem enim hec aquila
audit per medium celum vola-
re vestigium in infinito non tangens
et in mediis creaturis spirituali-
bus speculum et emigmata tran-
scendens. et usque ad medium ce-
li trinitatis se attollens quando
medie in trinitate persone hoc
est verbi describit proprietatem
et diuinitatem. **I**ob tertio **M**od
preceptum euolabitur aquila.

et in arduis ponet in dū suum
Hanc enim eleuationem intellectus facere nō potuit nisi sol⁹ deus nec q⁹ in arduissimis sic in dū ponaret intellectus. **Vnde** in prosa dicatur de i⁹: so volat aūs sine meta quo nec vates nec prophetae velauit ala⁹. **Tercia** propriae-
tas aquile q⁹ in interuptis et in locis inaccessis in dūificat quod
soli i⁹: competit. prerupta em⁹ significat alta diuinitatis et psonalis proprietas que prupta nō in se sed quia accessus ad ea per viam ratiōis aptiatus est. q⁹ ratiō nō potest ad illa. et ideo in accessu dicuntur ps. Mirabilis facta est sc̄ientia tua ex me confortata ē et nō potero ad eā. **Job.** in interrup-
tis siliab⁹ meraꝝ ac in accessis rupib⁹ inde contemplat escas et de longe oculi eius prospicunt ab altissimis em⁹ theoīs rudiis intellectus ad que ratiō nō p̄t ptingere et solida diuinitatis que sunt quasi refectiones delectabiles cōspicit et de lōge super tem-
pus ad etermitatem oculi metis eius p̄spicit. et hoc significat p̄ hoc q⁹ **Job.** xx. recubuit in cena pectus dñm. **Vnde** fluēta euāgelij vberius ceteris potauit. ibi enim in dū posuit i⁹: in quo erat onus thesauri sapiecie et sciēcie absconditi et sic patet q⁹ cōuenienter beatus iohannes ratiōe sapiēce quā de pectore dñm potauit aq⁹

le figure descriptus est
Ad rationes in op̄positum.
ex dictis patet respōlio

Hec secundam quēstionē sic proceditur et videtur q⁹ beatus i⁹: euāgeli⁹ sit inter martyres numerandus licet in pace vitam finiat. **Primo** ex illo **Mat.** iii. Calicem quidem meum bibetis hoc est dīatum iacobo et i⁹: ergo sicut iacobus cōnumeratur inter martyres. ita eciam beatus iohannes cōnumerabitur. **Secundo** sic dicit beatus Ieronimus in sermone de assumptione recte dixerim q⁹ dei geminix virgo et martyr fuit q⁹uis in pace vitam finiet. ergo idem potest dici de beato iohanne. **Tertio** sic. **Martirium** est fortitudinis actus ad fortitudinem autem pertinet nō soli mortis mortem nō formidare si nec alias aduersitates. ut **Aug.** dicit in vi. misice. multe sunt aliae aduersitates preter mortem q̄s aliqui possunt sustinere pro fide christi sicut carcere exilium flagella et huiusmodi. vnde et beati **Marcelli** martirium celebatur qui tamē fuit in carcere mortuus. sed beatus iohannes metas huiusmodi aduersitates sustinuit pro christo. fuit flagellatus cum alijs ap̄kis fuit venu no potatus. fuit in feruentis olei

B 31

de lo missus, fuit in exiliū depoſatus. ergo debet inter mar‐
tes conumetari. **T**in oppoſita, m‐
videſt eē euangeliū pſens, vbi
christus dicit petro, tu ſeq̄te me
ſez p̄via martirij de **Io.** vero di‐
xit hic eū wolo manere ſez fine fal‐
ce martirij wolo eū manere.

TRespondeo dicendum q̄ be‐
atis **Io.** apud homines non nu‐
metatur inter martires. Hacq; ē
quia ad ratiōneſ pſedā martirij
requiritur q̄ aliquis mortem fu‐
ſlimeat. quod patet ſic. **M**artir
dicitur teſtis fidei christiane per
quā nobis inuifibilia pro inuifi‐
bilibus cōtempnēda p̄onuntur
ad marariū ergo p̄tinet ut ho‐
mo teſtificetur fidē ſe ope ostend‐
dens cūta p̄ſentia cōtempnere
ut ad futura r̄ inuifibilia bona p‐
uemat. q̄dū autem hominū re‐
manet vita corporalis nōdum o‐
pere ſe ostendat temptalia cun‐
cta despicer. **C**onſueuerunt enī
homines et consanguineos et o‐
mia bona poffeffa cōtempnere. et
eciam dolores corporis p̄trivit vi‐
tam coſeruent. et ita ad pſedam
ratiōne martirij requiritur q̄ ali‐
quis mortem fuſimeat. vñ max‐
imus in quodam libto de sermo‐
ne dicit de martyre q̄ virūt pro fi‐
de moriendo qui vñteretur fine fi‐
de viuendo. **V**iftinguit autem
beatus **B**ernardus in ſermone
de innocentibus tūplice ſe acim

martirij. d. habem⁹ in beato ſe,
phāo martry ſimul et opetis w‐
iuntatem. habem⁹ ſo' am volun‐
ta em in beato **Io.** Polum in be‐
atis innocentib⁹ opus. Viverunt
omnes hiſ ſalutaris calicez. aut
corpoſe ſi. nul et ſi ū aut ſolo ſpi‐
ritu aut corpoſe ſolo. **S**ic ergo
ſtephanus martir apud homi‐
nes cuius voluntaria paſſio eiū
deatur apparuīt in eo. ſic **J**ohannes
apud angelos martir. quiſ
bus tamq; ſpiritualibus creatu‐
ris ſpirituaſia eius deuoamis si‐
gna mnotuerunt ic. Et propter
hoc diximus q̄ **Io.** apud homi‐
nes non est numerandus inter
martires. **A**d ratiōes in oppoſi‐
tum ad p̄mā respondetur q̄ be‐
atus **Io.** cū multas paſſiones
fuiſtiuerit. calice paſſionis bi‐
bit. licet nō ſicut beatus **Jacob⁹**
qui gladio fuit occiſus. et ille eſt
inter martires conumetatus.
non autem **Io.** qui fine gladio
vitam in pace ſimuit. **A**d ſecū‐
dam dicit ſcūs **Thomas.** q̄ tales
auctoritates loquuntur de marti‐
rio p̄ quādā ſimilitudinē et nō de
martirio proprie dito.

Ad terciām respondetur ne‐
gando conſequenciam. et ratiō
eſt quia fortitudo p̄nicipalit̄ con‐
ſiſtit circa pericula moras. circa a‐
lia autem conſequēter. et ideo nec
martirium proprie dicitur p̄ ſola
tollerāga carceris aut exili⁹. et

pīna dīuidatū mīsi forte bīm qđ
ex hīs sequīt mōes sic bīo mar-
cello conuenit

Tin festo beati Barnabe apli-
est euāgelīū. Hoc est p̄ceptū r̄e.
Joh. x. Circa quod p̄nt dispus-
ta sequētes questiones.

TP̄mo vtr̄ maiore dilectionē
potest quis habere q̄ mori p̄ ami-
cas. **T**Secundovtr̄ bīs Barna-
bas moriē o p̄ xpo fecerit adūm
maxime p̄fessionis

HOp̄imam questionem
sic proceditur et videtur
q̄ maiorem dilectionē
potest quis habere q̄ mori p̄ ami-
cas. **P**rimo sic. Maioris dilectio-
nis signum est q̄ quis animam
suam ponat p̄ eo inimicis suis q̄
p̄ amicas. patet cum ibi sit ma-
iorē difficultas que pertinet ad vir-
tutez que est circa difficile qm ar-
ca dilectionē proximi. **T**Secun-
do sic ad romā v. dicitur. Com-
mendat deus suam caritatem in
nobis. r̄e. i. ostēdit se nos max-
ime diligere q̄ cum adhuc esse-
mus peccatores et p̄ consequens
iniqui et inīici passus est p̄ no-
bis. ergo et cetera.

TIn oppositionem est euāgelīū
in quo ch̄ristus loquitur. **T**He
spondeo dicendum. q̄ verum est
qd xpsdt q̄ in ordine diligibiliū
q̄uoꝝ ordinata fūt sc̄z deus. ami-

ma nostra et anima p̄dxi. m̄. et
corpus p̄tium nostrū et ido cī
caritas sit ordinata pro ipso deo
qui est p̄timum et proximum di-
ligibile ex caritate debet alia tria
expōni sicut minus p̄ maiori. ita
q̄ nos ipsos sc̄z animā et corp̄
et proximos dare debemus. pro
anima vero propria debet proximū
et p̄prium corpus cōtem-
p̄to salute anime proximū de-
bet vita corporalis expōni. et iō
cum vita corporalis sit paissimū
quod post animam habemus ~
ideo paissimum est ipsam expō-
nere propter proximum et maxi-
mū dilectionis signum. et sic pa-
tet conclusio. **T**Ad rationes in
oppositum ad p̄imam responde-
tur negando assumptum. Nam
dilectio amicī sīm se considerata
est feruēcio et melior qm dilectio
inimici. et ad probacionem dīci-
mus q̄ plus facit ad rationē me-
ritū virtutis bonum qm difficile
vnde nō oportet q̄ omne quod
est difficilius sit magis meritorū
sed q̄ est difficiliꝝ eiā sit meliꝝ.

TAd secundam respondetur
vno modo q̄ per illud ido ostē-
ditur contrarium. tūm primo. q̄
ch̄ristus non posuit animam su-
am pro nobis inimicis ut inīici
cī remaneremus sed vt amicos
efficeret. tūm secundo. quia ipse
mortuus est p̄ amicis qui licet
non essent amici quasi amantes

et ant tamen amici ut amati. vel
dicendum ut dicit Albertus sum
Lug. qd amicus hic dicitur qd ha-
bilitate et habitu amicus est et
qui est amicus actu et sic castus
no est mortuus nisi pro amicis.
quia etiam qui imminicis est actu
habilitate est amicus sicut pau-
lus ante qd couerteretur

Ad secundam questionem
sic proceditur et videtur
qd Barnabas moriendo
pro christo no fecit actu maxime per-
fectionis. Primo sic. martirium
non est actu maxime perfectionis
ergo tc. a ns probatur sic illud
emm ad perfectionem vite videtur
pertinere quod cadet sub
confilio quod scz non est de neces-
itate salutis. sed martirium est
de necessitate salutis. Et em apostolus ad **1 Cor. x.** corde credit ad
iustitiam. ore autem confessio fit
ad salutem. **T** Secundo sic. ad
maiorum perfectionem pertinere
videtur qd aliquis det animam
suam quod fit per obedientiam
qd do det propriu corpus qd
fit per martirium. **Vn** **Greg.** Et
viamo moralium qd obedientia
cunctis victimis preponit. ergo
mori pro christo no est actu max-
ime perfectionis. **T** Tercio sic.
melius esse videtur alijs prodesse
qd seipsum in bono conservare. qd
bonum gentis melius est qm bo-

num vnius sum psm. i. ethi. sed
ille qui martirium fusi met. sibi
soli prodest. ille autem qui docet
proficit multis. g. actus docendi
et gubernandi subditos est pse-
ctor qd actus martirij. **T** In op-
positum est euangelium presens
qui avbi est maiore actus dilectio-
nis ibi est actus maioris pse-
ctionis. quia perfectio in caritate
fundatur sed maiorem dilectionem
nem nemo habet qd qui ponit a-
nimam suam pro amicis. ergo
multo magis qui ponit pro chri-
sto. **T** Secundo **Lug.** in libro de
santa trinitate preferit maritum
virginitati que ad perfectionem
pertinet ergo videtur martirium
maxime ad psefionem pertinere
et ita patet qd beatus Barnabas
moriendo pro christo adum maxime
perfectionis fecit. **T** Respon-
deo dicendum qd beatus Barna-
bas moriendo pro christo ex ca-
ritate fecit actu maxime perfe-
ctionis. **T** Pro quo sciendum est
quando martirium fit actu ma-
xime perfectionis et quando no
Pro quo notandum qd de actu
virtutis duplicitate loqui pos-
mus. Uno modo sum speciem ipsius
actu pwo comparatur ad
virtutem proximam elientem ipsi
et sic no pte eē qd martirum quod
pfoicit in debita tolleratia mortis
fit pfectissimum inter cōs virtu-
tis actus. quia tollerare mortem

sit pfectissimum inter omnes vir-
tuas actus. quia tollerare morte
non est laudabile sicut se sed so-
lum sicut quod ordinatur ad alia
quod bonum quod consistit in a-
duo virtutis. puta ad fidem et dile-
ctionem dei unde ille actus virtu-
tis cum sit finis melior est. Illo
modo potest considerari actus vir-
tuas sicut quod copatur ad primum
Calost. sicut pescatore nihil evici-
luis. sic theoloni officio nihil est
deterius et periculosis. quia tal-
le officium vix aut numeris sine pec-
cato exerceri potest. sicut dicit be-
atus **E**rezo[nus]

Trida rationes in oppositum.
ad primum respondetur q[uod] assu-
ptum est falsum. ut patet ex ca-
pitulo Joh. x. q[uod] ad verbū Joh.
baptiste dicentis. Ecce agnus dei
Andreas et Joh. secuta sunt christum
et postea andreas vocauit petrum
dicens. Inuenimus messiam. et
sic de aliquibus in illis in istorum
precedit invocatio **M**athei.
misi verbum christi. sequere me.

Trida secundam respondetur
negando consequentiam. et ra-
tio est. quia non est simile de co-
uersione mathei et pauli. tu pri-
mo. quia mattheus non seuebat
contra ecciam sicut paulus. et ido-
cetia propter maximam leticiam
quam habuit de eius conuersio-
ne ecclesia celebrat de ea. tum se-
cundo quia mattheus vocatus est
a christo ante ipsos celos ascenderat
paulus postea

Hterciam questionem sic proceditur quod videtur quod beatus matheus non fuit vocatus statim de theolo-
neo ad statum apostolatus et per-
fectionis. Dicit enim Gregorius
super Ozee nemo repente fit su-
mus sed status apostolicus et per-
fectionis euangelice est summus
status humano. te ergo Ma-
theus non fuit vocatus ad statum
perfectionis et apostolatus.

Tin oppositum est Iheros. super
euangelium presens qui ait quod
de publicano repente fit aposto-
lus et Beda dicit super Iucaz de
publicano in apostolum de theo-
loneo in euangelistam fit muta-
tis et quedam glo. Luce. v. Quod
nullius prorsus cogitatione vel re-
spectum habemus tibi reserua-
iat quod est perfectio mis euange-
lice ergo statim vocatus est ad
statum apostolatus et perfectionis.
Trespondeo dicendum
iuxta secundum Thomam in qd.
libeto. v. quod questio ista quodam
modo ex verbis euangeli deter-
minata potest si enim loquimur
de apostolatu manifestum est cum
narrationem Mathei Mara et
Luce. quod dominus post vocacionem
Mathei aliquanto spacio tem-
poris intrivit ex suis discipulis
duodecim apostolos et egit inter
quos unus fuit matheus. et sic
patet quod statim a principio fuit
vocatus ad discipulatum christi

non autem ad apostolatum nisi
cum preordinationem christi qui
eum in apostolum sumendum di-
specuerat et cum hoc intelligenda
sunt verba Iheromini et Bedae.
Si autem loquimur de perfectio-
ne euangelica sic manifestum est
quod statim a principio vocatus est
ad statum perfectionis. dicit enim
Luce. v. quod surgens reliquis omni-
bus securus est eum quod eaen-
ad discipulatum christi pertinet cum
illud Luce xiiii. nisi quis renunci-
auerit omnibus que possidet non
potest meus esse discipulus.
To argumentum in oppositi
respondetur quod summum in vita
humana potest accipi dupliciter
uno modo cum in humana vita
unus status est maior alio. et ali-
quis est summus et sic nihil phi-
liat aliquem fieri repente summum
id est attingere ad statum sum-
mum et hoc appareat tam in vita
spirituali quam seculari. Invenimus
enim aliqui a puericia ad statum
religionis qui est status perfectio-
nis auolasse vel propter arbitrio
sicut Ioh. baptista et beatus Fe-
neditus vel etiam deuotione pa-
tentum sicut alii qui monasteris
traduntur a parentibus. sic enim
non oportet quod aliquis exerceatur
in seculativita antequam ad religio-
nem transeat. sicut non oportet
quod aliquis exerceatur in layc. si
vita antequam clericus fiat. sicut in

etiam aliqui repente assumuntur ad regnum. vel ab ipsa pueritia sicut salomon et iozias reges iuda. vel etiam ex ultimo statu sicut saul et eccl. vi. dicitur. **O**r de car cere cathenis q̄ interdum quis ad regnum egreditur. **I**lio mō potest dīa summum scđm cōmpa rationem graduum quibus perficitur perfeccio nūs hominis et sic intelligit Gregorius q̄ nemō repente fit summus. **D**icit enim Iugustinus super canonica. **H**oc q̄ caritas non moxot nascitur perfecta est. nam ot perficiatur nascitur cum fuerit nata nutritur. cum fuerit nutrita corroboratur. cū fuerit corroborata perficiatur.

Tin festo sancti Michaelis est euangelium. In illo tempore accesserunt discipuli tē. **M**ath. xviii. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

Vtrōmo utq; angeli sint a deo custodie hominum deputati.

Secundo utrum angelī p̄ execucionem ministerij a contemplatione diuina retardentur.

Tercio utrum angelī ad custodiā hominum deputati quandoq; relinquant homines quib; ad custodiā deputantur.

HOptimam questionem sic procedit ut videtur q̄ angeli nō sunt deputati custodie hominum. **P**rimo

sic deus est custos hominū Job vi. sufficientissimus p̄ se ipsum ergo nullum alium ad custodiā hominum deputauit. **S**ecundo sic. Custodia et conseruatio hominum est p̄ gradiam. sed grāiam deus anime immediate infundit et non p̄ angelos. ergo rē. **T**ercio custos ponitur ali cui aut propter imbecillitatem ut iuuetur et defendatur aut ppter ignorantiam ot insinuatione sed hymo potest p̄ se cognoscere ea que sunt sibi facienda p̄ le gem naturalem corde impressaz et potest etiam exequi p̄ arbitrij libertatem. et zo videtur q̄ custodia angelica nō indigeat.

Tarto custodis est retinere custoditum ab hys que sunt sibi nocua. sed angelī non retinunt homines a peccatis cū multociens in peccata precipitati videamus. ergo videtur q̄ angelī hominum custodes non sint.

Tin oppositum est euangelium presens in quo dicitur q̄ angelī eorum scilicet custodes. quia aliter non sunt hominum.

Secundo est illud psal. angelis suis deus mandauit de te rē.

Respondeo dicendum q̄ angelī deputati sunt ex diuina p̄tūdenia ad custodiā hominum. patet prima conclusio. quia deus p̄tior est ad miserendum qm ad puniendum. sed deus

hominibus dedit demones ad ex-
eritium ut habeat ad eph. vla-
no i est nobis colluctatio rīc. er-
go videtur q̄ multo fortius dedit
angelos ad custodiendum. De-
cundo sic. s̄m Leonem in li. de co-
se. deus prouidenciam suā quā
de omnibus rebus habet modiā
tibus quib⁹ causis exequitur q̄
uis autem deus omnium prouis-
denciam habet speciali tamē mo-
do substantie rationales sue pro-
videntie subdūt inq̄tum alio
modo p̄ ceteris finem diuīne
bonitatis nate sunt cōsequi et p̄
alio principiū quod est volun-
tas. quia ergo inter deūm et ho-
mines media est natura angelis-
ca et s̄m le jem sapientie sue hoc ē
ordinatum ut infelixibus p̄ sus-
priora prouideatur. ideo ip̄i an-
geli exequuntur diuīnam prouide-
ciam arca salutem hominum ad
iuuando ad tendendum in finem
et liberandum ab hijs que pro-
cessum in finem impediunt r̄ h̄c
executio diuīne p̄videntie p̄ an-
gelos de hominibus vocatur cu-
stodia angelorum.

T Ad rationes in offisitum.
ad p̄tinam respondetur negādo
consequenciam et ratio est quia
deus est cōstos primus et p̄nici-
palis apud quem summa p̄vi-
dencia residet. nec est propter ip-
suis insufficiātia q̄ suam pro-
videnciam de hominib⁹ per ange-

los exequitur. se tūm ppter ce-
dinem sue sapientie. tūm q̄ con-
gruit angelis ut sc̄z eis hec digni-
tas nō negetur q̄ sint duces ho-
minum in reductionis et in hoc de-
ūm quo oam nodo immitetur inq̄
tum cooperantur deo in reducio-
ne hominum in fine. **T** Item q̄
congruit hominibus qui sunt in
statu imperfēctū misere puetice
ap̄les comparat. i. cor. xiiij. unde
eis custodes tanq̄ puetis desig-
natur donec remete qd p̄fatuē
euacueretur qd ex parte est.

T Ad secundam respondetur
negando consequenciam et ratio
est. quia cōseruatio que fit a deo
sicut a p̄ncipali agente est insu-
dendo gracia in. sed a stodia an-
gelorum non est p̄ infusionē gra-
cie. sed eorum est preparare ho-
mines ad suscepctionem gracie per il-
luminaciones et alia h̄mōi p̄tine-
cia ad eorum custodiām.

T Ad tertiam respondetur ne-
gando consequenciam. et ratio ē
quā lumen naturalis cognitiois
in hominē est imperfēctum r̄ pre-
cipue ad dirigendum in illa que
naturam excedunt potestas etiaq;
liberi arbitrij eius p̄t ad malū
inclīnare multis occasiōib⁹ et iō
p̄uidet de⁹ ly. b⁹āgeley p̄ fidū

T Ad quartam respondetur
negando consequenciam r̄ ratio
est q̄ sicut p̄videntie diuīne est
sic in p̄dite mala. vt tñ saluetur

nature condito, ita etiam et an-
gelorum custodie et ideo ad an-
geos non pertinet quod homines cu-
stodiendo ad virtutem cogantur
avictis retrahatur. quod sic patet hi-
berum arbitium, et ratio metia

Hec secundam questionem
sic proceditur et videatur
quod angelii per execuacionem
ministerij circa hominum custo-
diam a contemplacione diuina
retardentur. Primo sic. Angelus
in ministerio existens dixit Tho-
bie. *Tempus est quod reuertar*
ad eum qui me misit. sed non re-
uertitur nisi per contemplacionem
ergo videtur quod per ministerium
a contemplacione dei abcesserat.
TSecundo sic. una potentia fi-
nita non potest simul in plures o-
perationes esse. sed potentia angelii
est finita. ergo videtur quod non
possit simul contemplari et mini-
strare. **T**tercio sic. intellectus crea-
tus non potest simul plura intel-
ligere. sed quando ministeriant an-
gelii intellectu considerant ea que
agunt. ergo videtur quod tunc diu-
na simul contemplari non possint.
TIn oppositum est euangelium
prenses in quo dicitur quod angelii
eorum semper vident faciem pa-
tas. ergo per ministerium a con-
templacione et visione faciei dei
non retardantur. **T**Respondeo
d. cendum quod angelii per execuacio-

nem ministerij a contemplatione
ne non retardantur. **I**stae conclusio
patet. Primo per illud Gregorius qui
dit. *Hic ad exteriora procedunt quod*
ab interioribus nesciunt recedant. **I**te
secundo sic. Beatitudo angelorum non
non minuitur ex eorum ministerio
sed eorum beatitudo tota est
in contemplatione diuina. ergo in nullo per ministerium eo
rum contemplatio retardatur.

TAd rationes in oppositum.
ad primam respondetur ne. **A**do
consequenciam et ratio est. quia
angelus dicitur discedere a deo
non per intermissionem eorum tempora
aut per locum. quia intra
deum currunt quocumque mittantur
et dicit *Beda* eo quod deus et ibi
est sed per hoc quod ab invisibili
tate recedens visibilis apparet si
cū filius exiit a patre et venit
in mundum visibilis hominibus
factus. *Ioh. xvi.* et similiter dicitur
reverti ad deum quando per po-
sit visibili specie in pristinā in-
visibilitate deo simile revertitur.

TAd secundam respondetur
negando consequenciam. et ra-
tio est quia contemplatio angelorum
magis se habet per modum
receptionis quam adiutoris. et sicut lu-
na simul recipit lumen a sole et il-
luminat inferiora corpora. Ita et
angelii simul illuminantur in di-
uina contemplatione et illuminant
inferiores vel ministeriat circa eos.

TId tertiam respondetur qd as sumptum est veruz quando intel lectus ea que cognolit diuersis racomb⁹ cognoscit tunc enim nō pot simul plura considerare. qd non potest int̄ llect⁹ effigiati diuersis figuris sed ea que cognoscunt̄ vna racoe. vel quorūvnū est ratio alter⁹ nihil prohibet simul intelligi.

Ap terciam questionem sic proceditur et videtur qd angelus qnq; derelinquit hominem cui deputatus est custos. Primo sic. habet **I**tere. h̄ curauimus babilonem ⁊ non est curata derelinquam us ergo eam sed hoc dicitur ex persona angelorum ut dicit glo. ergo videtur qd angelus hominē derelinquit on a peccato non corrigitur. Item **V**sa. v. dicitur. Iuferam sep̄m eius ⁊ erit in dñe p̄cipio. glo. i. custodiā angelorum. **T**erciū do sic. angeli sūt qnq; in celo em p̄teo. sed cum sint ibi non sunt circa nos sūm **D**amasum. ergo vi detur qd alij qndo non relinquit. **T**ertio sapiens medicus infirmum desperatum relinquit. sed angelī custodes possunt scire aliquem eē prescītū per reuelacionēm ⁊ videre aliquem in peccatis obstinatum talis est quasi infirmus desperatus. ergo videtur qd angelus qui est quasi medicus spiritualis talem relinquit. **T**h̄ in oppositum arguitur sic. de

nemine est desperandum qndiu est in statuie. sed infirm⁹ non relinquitur a medico nisi ppter desperationem. ergo videtur qd angelus non relinquat quemcuq; qd peccatorem. **T**h̄ respondēo dicendum qd angelus in custodiaz hominis deputatus nunq; qd diu viuit in toto eum derelinquit. Pro huius conclusionis intellectu est notandum qd cum custodia angelorum sit quedam exercitatio dñime prouidencie. opoz̄ idem ē iudicium de vtroq;. diuina autem prouidēcia non relinquit hominem ex toto quia omnino in nihilum redigeretur. sed verum est qd magis et minus prouidet diuersis sūm eorum condicōnem. et ideo oculi domini super iustos esse dicuntur et aures ei⁹ in preces eorum. quibus a deo profecte prouidentur ut cimīa eis cooperentur in bonum vt dicit ro. viii. sed malos sūm aliquid derelinquit inquantum permittit eos sub iacere tribulacionib⁹ et qd grauius est etiam in peccatis mortali. unde dicitur ad romā. i. Propterea tradidit illos deus in reprobum sensum ⁊ similiter etiam angelī dicuntur aliques derelinquere sūm quid inquantum in expōnūt tribulacionib⁹ vel etiam iusto dei iudicio ab aliquo peccato non retrahunt numerū tamen ita derelinquunt quin sit aliquis erreatus custodie inquantū aliqd malū

phibet et aliquid bonum promouere
T Ad rationes in oppositum.
ad primam respondetur quod illud intelligitur ex angelorum descendenti ab homine peccatore in hora mortis. vel dicendum quod de reliquerunt sum quid ut dictum est sicut etiam deus

T Ad secundam respondetur negando consequentiam et ratio est quia licet angelus presens non sit ex actione tamen relinquit in homine forme impressionem et dispositionem bonam in homine sicut apparet in motibus violentibus et ita quoniam non semper sit presens potest custodire inquietus efficit eius manus per actionem suam ut per quam aliquis deuote orat ad plures dies manet in deuocione
T Ad tertiam respondetur negando consequentiam et ratio est cum quia nullus in statu vie adeo est obstinatus qui possit per persistentiam conuerti. unde non est de eo desperandum. cum secundo quod si angelus sciret eum presentem posset tam multa mala in eo impedire. sicut de antixpo dicitur quod ei am habebit angelum custodem

T In festo beati Iheronimi est euangelium. Nemo accedit tunc. Luce xi. Circa quod prout disputati sequentes questiones
T Primo utrum lucerna incensa Ihero. i. doctrina meruerit super candelabrum ecclesie pom. Secunda

utrum Iheronimus fuerit cardinalis.

Hac prima rotula lucerna accessa Ihero. i. doctrina meruerit super candelabrum ecclae pom et videtur quod non quia eius doctrina in aliquibus non fuit bona nec tenetur ergo recte assumpta patet in materia bigamie de qua in. c. atutius. di. xxvi. Itet in materia legalium de qua ad gal. ii. 1 u. v. **T** In oppositum est euangelium presens ubi dicit quod nemo accedit lucernam tunc. Respondendo dicendum quod doctrina beati Iheronimi pro merito est super candelabrum posita. i. accepta laudata et per ecclesias universalem approbata in. c. si a romana ecclesia. di. xxv. huius autem approbacionis causa fuit multa. Primo quia eius doctrina fuit sana et pulchra. unde Iheronimus interpretatione visio pulchritudinis. eius enim doctrina non continet nisi pulchrum et ab omnibus macula falsitatis erroris alienum. unde Augustinus de eo ait Ihero. presbiter grecus latini et hebreo eloquio eruditus in locis sanctis at in litteris sanctis usque ad decipit etatem cuius nobilitas eloquii ab oriente in occidente instar solis lampas resplenduit. Itet secundo quod incensa fuit ardore caritatis ad voluntatem ecclesie. unde postea in suis coro natis de eo sic ait Ihero. presbiter

in bethleem totū iam mūdo clausus habitabat, egregio ī genio et studio om̄uerse eccl̄ie serui. nō Tercio quia eius interpretatio melior est habita. vñ **H**si, sic ait **I**herom⁹ triū linguarū extit ex p̄tis cuius interpretacō ceteris antefertur. qm̄ et verborū tenacior est et sp̄ciūtate sciencie clavier atq; vt p̄te a christiano ī m̄p̄tato et v̄tior. Quarto q̄ eius doctrina est plena omnī religione et sanctitate. vñ **H**euerus ita dicit **I**herom⁹. p̄t fidei mēitū dōtemq; virtutū nō solū latam̄ at q̄ grecis sed eciam in hebreis lūs instructus est. vt se ei ī om̄i sc̄ientia nemo audeat compare. Quinto q̄ erat armatura fortis contra hereticos. vnde **H**euerus de eo dicit **I**herom⁹ erat iuxta n̄ gis aduersus malos pugna ppetuū q̄ certamē oderant eum heretici quia eos impugnare nō desinit. **A**d tac̄onem ī oppositū respō detur negādō consequiam. r̄atio est quia varietas opiniōis inter doctores in h̄is que ad fidēz nō p̄trēt nō obuiat quin ei⁹ dōtina ī h̄is que fidei et morum sunt sup̄ eccl̄ie candelabru ponantur.

H secundam questionē sic proceditur et videtur q̄ b̄tis **I**herom⁹. nō fuerit cardinalē. quia dicit **H**uguiciori multi alij q̄ **I**herom⁹. nō fuerit car-

dinalis. **I**n oppositū aīgū ē ex multis Primo ex hystoria h̄a que cantat p̄vniuersam eccl̄am et acceptat et recipit ab omnib⁹ eccl̄ies ī quā sic habet cū an̄noū ess. xxix. romane eccl̄ie cardinalis p̄sbiter ordinatus ē nō ē autē dubiū quin hystoria ista p̄fēda sit auctē dā **H**uguicioris. **D**ecūdo idē arguit ex eccl̄ias vbi legiē q̄ fuerit ordiat⁹ ī c̄r dinalem a **L**iberio papa sub titulo s̄c̄eanastafie. Itē Joh. an. ī ie comimana ī. j. pte. c. h. **V**ercio colligit ex p̄diatis. comumē emim p̄ om̄ē christianā regionē depingit **I**herom⁹ cum capello cardinalat⁹. **C**ūto arquit ex. c. etiā. xvi. q. vbi ait **I**herominus eccl̄ia senatum habet. vbi dicit archidiaconus hoc quidā intelligūt eccl̄ia romana que dicit habere senatū. i. collegium cardinalium qd̄ dicitur habere auctoritatem senatorū. ar. xcix. di. constantinus et hanc sententiā tenet innocē. extra dē re iudic. cum te. cum autem verbum illud fuerit beati. **I**ero. et dicat ita nos senatum habemus videtur clarum q̄ communeret se ī numero cardinalium. **C**ūto h̄ videtur h̄ū clarissimū cū ab omnibus videatur et confiteatur ordinat⁹ p̄sbiter eccl̄ie. v. p̄sbitteria aut̄ eccl̄ie v. sūt p̄tū cardiales ut videtur colligi ex. c. constantin⁹. vbi ait ip̄rator reverendissimus

clericis sancte romane ecclae serui
entibus illud culme singulis pœ
et p excellentis hæc scim⁹ r̄c. ubi
clæ tūfime p̄ nomine reuerendis
suum intellexisse dños cardinales qd nomē nō conuicuit nisi
vitis constitutis in dignitate vt
pater m.c. in noīe dñi. di. xxiiij.
Ite m.m.c. nullam. n. q. iiii. sup
glo. de clericis romane ecclae idz
videtur colligi nō respondemus
varjs quorundam argumentis
qui nō ob aliud Lero. cardinalē
negasse videt. nisi quia in eoru⁹
codiab⁹ non legerunt. aut q̄a
stulti sunt. vt q̄ Virgili⁹ aut Cu
li⁹ non dixit aut proprio s̄eu vi
sum non fuit nullius autorita
tis eē putent.

In festo beati Francisci est euā
gelū. Confiteor r̄c. **M**atth. xi.
Circa qd pnt disputari sequentes
questiones **P**rimo utrum con
ueniens fuerit secreta fidei nō re
uelari sapientib⁹ et prudentibus
et reuelari parvulis. **S**ecundo
utrum beatus franciscus fuit de
numero parvulorum quib⁹ reue
lata sunt secreta celestia.

HOp̄imam questionem
sic proceditur et videtur
q̄ nō fuit conueniens se
creta fidei nō reuelari sapientib⁹
et prudentib⁹ et reuelari parvul⁹
Primo sic. illis sunt reuelata se
creta fidei in quib⁹ magis fr̄idi
ficare pnt. sicut semen meli⁹ se

minatur in terra culta et bene p
patata sed magis hoc fit cum sa
pienibus et prudentib⁹ secreta
reuelantur q̄ cum parvulis reue
lantur. scribitur enim **P**rou. i.
audiens sapiens sapiendor erat
ergo se creta conuenientia reuelat
ur sapientib⁹ q̄ parvulis simplis
abus **T**ercido sic. **D**i ministes
cia fidei absconduntur a sapienti
bus nō erunt sapientes culpan di si
ea non credunt. fides enim ex audi
tu est ad ro. x. **T**erco quid est
qd gracia reddit q̄ hec a sapie
tibus sint absconsa q̄ videt gau
dere de cœitate illorum et querere
causa divisionis hominum

Tin oppositum est euā gelū
Respondeo hicvidendū est q̄
sint isti sapientes quib⁹ absconsa
sunt ministeria xp̄i et qui parvuli
quib⁹ reuelata sunt. **P**rimo em
sapientes quib⁹ absconsa fuerunt
ministeria christi sunt ph̄ippter
superbie tumiditatem in sapien
cia humana confidentib⁹ et isti
fuerunt sapientes in oculis suis
de quibus **L**ug. dicit q̄ illi preci
pū genitum ph̄i qui per illa que
facta sunt cognoscere potuerunt
tamen quia sine cristo ph̄i faci
sunt eo q̄ nec eum venturum p
phetis nec venisse ap̄lis credide
runt tunndi eorum superbia ob
scuratum est insipens or eoz di
cetes em se esse sapientes stulti
facti sunt. vt dicitur ad **L**oma
primo. **P**arvuli quibus reuelata

ministeria dei fuerint ab aliis p
scatores qui facti sunt doctores
et bis et lux. unde apostolus de-
specta namque elegit ut fortia que-
que confundat. unde Augustinus
exponit parvulis. id est humili-
bus non de se presumebantibus.

Pecundo absconsa sunt fidei ministeria sapientibus phariseis ppter fidei mite dulitatem, quia nec ipsi voluerunt credere in christum nec alios credere permiserunt. Vnde eis dictum est **Luce.**
xii. **N**e vobis phariseis et legis pretitis qui turbistis clauem scientie scripturas loquentes de chasto falsis interpretationibus contumescientes ipsi non introitis credendo in christum et eis qui intelligeret prohibui sis. parvuli vero quibus reuata secreta fidei sunt homines simplices parua de sentientes. Vnde de minus nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut parvulus iste non intrabis in regnum celorum **Mat. xviiiij.**
Tercio absconsa sunt ministria fidei sapientibus sapientia munifica et prudentia prudencia carnis propter eorum vanitatem, quia quibus mula eorum videntur multa scire de deo et modis virtutibus hominum. tamen quia christum non constituerunt sibi finem nec eorum sapientiam ordinant ad dei laudem talibus vero sapientia dei occulatur. quia in maluola am-

mam non introbit sapientia nec
habitabit in corpore subdito pec-
catis ut diatur sapientie. i. Patrum
hi autem econtra quibus reuelata-
tur celestia sacramenta sunt hu-
miles. quia a vbi humilitas ibi la-
pientia ProverB. xi. unde ibi ex-
ponit glosa de humilibus qui in
simplicitate querunt de minimis.

TId racōnes in cōfessiōne.
Id p̄mā rēspōndet i negando
consequentiā et racō est. quia
paruūlī non habēntēs aliquod
impedimentum erant abiles ad
rēspōnsem in fluxus dūime sa-
pientie q̄ sapientis illi de quib⁹
dīctum ēst. q̄ū aut p̄pter tu-
miditatem amīi aut propter i-
credulitatem cōdis. aut ppter
vanitatem carnalis amoris erant
indispositi ad reuelacionem cele-
stis sapientie suscipiendam

TId secundam respendetur negando consequentiam et ratio est quia qd non credant a sapientia eorum est qui ponunt obice gratie diuinae per quam voluntas hominis preparatur ad huc qd elegetur in ea que sunt supra terram.

TAd treciam respondetur qd nō
ideo xpc grās refert pū. qd gau-
deat de exitate eorū sed iudicio
dei qui ita sapienter ordinavit.
et cum qd situr causa huius dubita-
tiōis et dīuerſitatis. constat qd
ex parte credēdū fuit eorum
humilitas que ad sapientiam di-
spontēt ut dī pū. xi. ybi hūilitas

ibi sapienda ex pte nō credentiū
fuit eoz fugbia que ē intellectus
exceata. sed ex pte dei causa
fuit sua simplex volūtas et hoc ē
qd sequit qm sic fuit beneplacitū
ante te. q em aliqui sine elī aliq
reprobi bene potest assignari cā i
generali etiā; ex pte deī erit in ele
dis apparet deī misericordia. in
alīs autem eius iustida. quia si
cūt ad gloriā regis tertiori de
corem fui regni nō solum p̄nēt
aula in qua strenui milites ho
norantur. sed edam patibulum
in quo malefactores puniuntur
sic ad gloriā dei non solū perti
net p̄niātio bonorū sed etiā pu
niātio malorum. In speciali tamē
non pot assignari rātō ex pte dei
quare istum eligat et istum di
mittat nisi simplex eius volūtas
vnde dicit Aug. sup I. quare il
lū trahat et illū dimittat noli iū
dicare si nō vis errare

Hec secundam questionē
qua queritur utrum be
atus francis fuit de nu
mero p̄nulorū quib⁹ reuelata fuit
secreta celestia. si respondeatur. q
sic. Nam ipse humilim⁹ et pa
nulus in oculis suis plus q̄ dī
possit fuit et columbina simplici
tate plenus modo a patre celesti
plutuma secreta reuelata fuit que
sapientib⁹ huius seculi sunt ab
sconsa in primis reuelata fuit si
bi multa futura per donum p̄

p̄fēcie quod sepe habuit. Decim
et reuelata sunt sibi secreta cor
dium fratū suorū et aliorū
Tercō donatū est sibi miraculo
se donum linguarum quo intelli
gere extraneos homines possit et
eis predicare. Quarto reuelata
sunt ei multa secreta diuine sapi
encie et celestis doctrine q̄ mito
feruore ciuitates et castella circu
iēs in populis seminavit. Quin
to reuelata sunt ei secreta specia
lissima scz diuine passionis stig
mata non modo reuelata sed mi
raculose impressa. nam semel in
visione seruus dei contra se sera
phm crucifixum aspexit qui cruci
fixioms sue signa ei euīdeter im
pressit. vt crucifixus videtur et
ipſi mita certe reuelata fuit mē
ta humili et parvulo beato Fran
cisco. Sexto in signis et testimo
nium sanctitatis eius innumerā
a deo p̄t reuelata siue ostend
sa miraculavt de omnib⁹ in eius
legēda pater

TIn festo beati luce est euāge
lū. Designauit dñs. ic. luce. x
Circa. qd p̄t disputari seqntes
questiones. **T** Primo utrū post
electionem. xij. apk op̄ cōueni en
ter electi sunt. lxxij. discipuli in
ter quos Lucas unus dicitur fuis
se. **T** Secundo utrum beatus Lu
cas inter euāgelistas in figura
bonis fuerit conuenienter desig
natus.

Hec primam questionem
sic protenditur et videtur
quod post electionem aposto-
rum xij. non conuenienter alii scilicet lxxij.
discipuli electi sunt. Primo sic fru-
stra fit per plura quod potest fieri pro
pauciora. sed p. xij. apostolos sufficie-
ter euangelium seminandum et
predicandum erat propter vniuersum
orbem. unde ap[osto]ls ad Roma x. si-
des ex auditu est auditus propter ver-
bum dei et statim subdit nunquam
non audierunt eum. dum in omni-
nem terram exiuit sonus eorum
et gloriam exponit de predicatione a-
postolorum. Secundo. officiorum
sive statuum diversitas vniuersitate
repugnat. sed fideles Christi adveni-
tatem invocant secundum illud Ioh xv.
Et fint enim in nobis sicut et nos
sumus ergo in ecclesia non debet esse
istavarietas officiorum sive sta-
tuum. Tertio sic. Non enim ecclesia
in pace consistere videtur. sed in
illud. i. Corinthi. ultimum. Pacem
habete et deus pacis erit vobis cum
sed diversitas est in predictua pa-
cis. unde Propheta dicit. vii. post. quod mo-
dica differentia facit in civitate
discidium. ergo videtur quod talis
differentia aut varietas in ecclesia
institui non debuit. In opposi-
tione est euangelium presentis
Respondeo dicendum quod con-
uenientissime christus post. xij.
apostolos elegit ad predicationis
officium etiam lxxij. discipulos

et hoc ratione multi pluri. Primo
ratione quam Christus in ita assignat
quoniam messis quidem multa est operarum
paucorum. multitudo enim gentium
ad suscipiendum verba Christi
parata erat per predicationem a-
postolorum respectu cuius multi-
itudinis conuertende operarum scilicet
apostoli et etiam discipuli erant
pauci. unde subditur. rogate do-
minus messis ut mittat operarios
in messem. quia nullus fit ap-
pus ad predicationem verbi diuini
 nisi per gratiam dei et nisi ab
 eo missus mediate vel in media-
 te. electi autem sunt in illo nu-
mero in signum quod post christi re-
surrectionem et ascensionem in
 celum predictum erant fidem et
 fidei gentibus. lxxij. linguarum unde
 designati sunt in lxxij. vitis quibus
 de miris dividit spiritus noster co-
 pietandi Numeti. xi. ubi domi-
 nus dicitur locutus moysi ause-
 tens de spiritu qui erat in moysi
 et dans. lxxij. vitis qui propheta-
 runt nec ultra cessauerunt rema-
 serunt autem duoviri in castis
 super quos re quievit spiritus domini
 et ipsi descripti fuerunt in quo
 hic expresse designati sunt. Secun-
 do quia varietas ista officiorum
 et statuum pertinet ad perfectionem
 ipsius ecclesie. sicut enim in rerum
 naturalium ordine perfectio quae in
 deo simpliciter et uniformiter inue-
 nitur in vniuersitate creaturarum

inuenire nō potuit nisi diffici-
ter et mui aperte, ita etiam ple-
nitudo gracie in xp̄o. sicut in capi-
te ordinatur ad membra eius di-
uersimode redudat ad hoc q̄ cor-
pus ecclie sit pfectum et hoc ē qd̄
apostolus dicit ad eph. iiiii. Ipse
dedit quosdam quidem aposto-
los. alios vero euangelistas. ali-
os autem pastores q̄c ad confu-
mationem sanctorum. Tercō hu-
ius modi varietas pertinet ad ne-
cessitatem actionū que sunt in ec-
clesia; oportet autem ad diversas
operationes diversos homi-
nes deputari ad hoc q̄ diligenci-
us et sine diffusione omnia pagā-
tur. Hinc est q̄ apostolus dicit
ad rom. xxii. sicut in uno corpore
multa membra non eundē actuū
habent. ita multivnum corp⁹ fu-
mus in christo. Quarto hoc pta-
net ad dignitatem et pulchritui-
dinem ecclie que in quodam or-
dine consistit. vnde dicitur. iij.
Ilegum. x. Q̄ vidēs regina sa-
ba omnem sapientiam Salomo
mis et habitacula seruorum et or-
dines ministrancium non habe-
bat ultra spiritū. T Ad ratiōes
in oppositiō. ad p̄ma patet r̄fio
ex dictis negando q̄ soli apostoli
erat p̄ tāta messe sufficiēt̄s euā-
gelium dicit q̄ erat pauci. qd̄ at
dicit de apostolis intelligendū ē
non exclusis discipulis. ~

T Ad secundam respondetur

negādo assūptū. Dicim⁹ enim
q̄ dñi eritas statū et officiorū
nō impedit eiū omittē que p̄fi-
at p̄mittatē fidei et caritatis et
mutue subministracōis b̄m illud
ap̄kī ad eph. iiii. ex quo totū cor-
pus est compactum scz p̄ fidez et
comlexum scz p̄ caritatem p̄ om-
nem iuncturam subministracōis
dum scilicet unus seruit alterū
T Ad tertiam respondetur ne-
gando minorem et ratiō est quia
sicut in corpore naturali membra
diuersa continentur in unitate per
virtutem spiritus vivificantis q̄
abscedēt membra corporis sepa-
ratur. ita ecclaz in corpore ecclesie
coheruantur unitas diversorum
membrorum virute sp̄us sancti
qui corpus ecclae vivificat ut ha-
betur Lob. vi. vnde apostolus di-
cit ad eph. iiii. sollicitate seruare
unitatem spiritus in vinculo pa-
cis. discedit ante; aliquis ab unitate
spiritus dum querit que sibi
sunt propria. sicut etiam in terre-
na ciuitate terrena pax tollitur
ex hoc q̄ ciues singuli que sua sūt
querunt alioquin per officiorū
et statuum declinationem tam
mentis q̄ in ciuitate terrena ma-
gis pax coheruantur in q̄tū per hoc
plures sunt qui cōmunicāt ad i-
bus publicis. vñ et ap̄kīs dt. i.
cor. xii. dñs sic cōpauit ut nō sit
scisma in corpore. sed p̄ mūcē
sollicita sint membra

Ad secundam questionem
sic proceditur et videtur
quod sanctus Lucas non sit
conuenienter in figura bouis desi-
gnatus. quia Lucas principale
versatur circa passionem et mor-
tem Christi et ita videtur figurari
plus debet per agnum quam per ovi-
tulum sive bouem. qui agnus pro-
ptie figurabat Christum immo-
latum pro nobis. unde Job. i. Ecce
agnus dei. etc. ergo. etc.

Tin oppositum est illud Ezechiel. i.
facies bouis a similitudine.

Respondeo dicendum quod sicut
alii diximus Ezechiel prophete
in visione animalis quatuor
facies habentis designatum fuit
Christi euangelium quadra facie
describendum. videlicet a mathe-
theo in facie humana. a marco in
facie leonina. a luca in facie bini-
na. a iohanne in facie aquilana.
Licet autem Lucas euangelista
describat totum cursum euangelij
in viensi a Christi miraculosa con-
ceptione et transiens per eius na-
tivitatem conuersacionem mo-
tem et resurrectionem terminas
euangelium suum in ascensione
unde eius principalis intentio est
circa Christi mortem et passionem
describendam. propter quod ipse
Lucas designatur in facie bouis
qui est animal immolaticum sum
traditionem legis propter quod
euangelium suum impedit a sacer-
dotio Zacharie ad quod officium

expedit immolare et ideo mate-
ria principalis libri designat con-
uenienter in facie bouis. Prete-
rea metito in figura bouis designa-
tus est. bos enim unguila fin-
dit in qua virtus discretionis ex-
punitur et beatus Lucas disci-
pulus fuit per moderationem Item
bos animal est immolaticum et
beatus Lucas crucis mortificatio-
nem rigiter in suo corpore per Christi
nomine portauit ut dicit in cra-
cione ecclesie. Item est animal
fructuosum et beatus Lucas est
fructuosus per definitionem. a
deo quippe fuit fructuosus quod ab
omnibus karissime habebat. von
de apostolus ad Cor. iii. salutat
nos inquit Lucas medius ha-
bessimus. Ad rationes in oppo-
situm respondetur quod ratio non pro-
cedit. quia ad designandum eu-
angelium sufficiens erat figura
vituli cum esset animal immola-
ticum. tamen ad designandum
Christum immolatum expressio fi-
gura esse debuit. unde nec ta quod licet
animalia alia immolarentur voi-
tulus bos capra et hmoi tunc Christus
magis dictus est agnus quam ce-
tera animalia immolaticia quia
inter omnes figuratas veteris te-
stamenti agnus paschalis expres-
sus figurabat passionem Christi.
quia ille agnus erat sine macula
et per eius immolacionem filii Is-
rahel liberati sunt a servitute egi-
ptiaca sicut per passionem Christi.

qui peccatum non fecit sumus li
berati a servitude dyaboli. **E**ccl n
da causa est. quia iuge seruici
quod figurabat perpetuitatem be
atitudinis fiebat de agno sic xpc
est nostra beatitudo

In festo undecimi mensis lumen vir
ginum est euangelium. **E**mile
est regnum tc. **M**atth xv. Cir
ca qd possunt disputari sequentes
questiones.

Tri prudetib9 virgib9
facientib9 qd in se habere
necessitate fuit ut deus oleum
gracie sue vasis conscientiarum
suarum infunderet. et videtur qd
non. **P**rimo. deus dat gratiam
sola liberalitate et in se uerordia
quia dat ipsam gratis. ergo po
test dare et non dare. ergo qd
virgines prudentes facient qd
in se erat deus potuit eis non da
re oleum gracie. **S**ecundo sic.
necessarium et liberum opponunt
ur. si ergo deus ex liberalitate
dat gratiam. ergo nulla necessi
tate dat alicui gratiam. **T**ercio
redire petere est facere quod in
se est. nam ille qui facit quod in
se est facit redire. sed qui cumq; fa
cit redire ex redditu dñe operat quā
habet. ergo si aliquis facit qd in
se est habet redditu dñe. aut ergo
illa redditudo ē acquisita aut inata
aut non videt innata qd
sic semper esse non acquisita. con
stat g° qd est data. ergo donum
gratitudo. ergo hec redditudo est

ex grada nullus ergo potest fa
re quod in se est ad hoc qd sit gra
tia deo misericordia ex gracia.

In oppositum est euangelium
presens et bi dicit. qd prudentes
virgines accepunt oleum qd
non potest intelligi qd ipse habu
isset aliquam causalitatem respe
ctu olei gracie. quia primam gra
tiam nec mereri potest sed datum
disposituam scz faciendo id qd
in se est abilitando se ad eius re
ceptionem sibi illud ps. dilata os
tuum et implebo tc et illud in a
lio ps. dilexisti iustitiam et odisti
iniquitatem propter terra vixit te
oleo iusticie. **R**espondeo dicen
dum qd prudentibus virginibus
facientibus quod in se est neces
sarium fuit non necessitate coaz
zionis aut prohibicōnis sed ne
cessitate immutabilitatis deum
infundere oleum gracie vasis suis
Ista conclusio probatur mētipli
citer. **P**rimo sic. **D**icit Iug. sup
illud. h. thi. h. negare seipsum no
potest tc. cum sit iustus non po
test negare suam iustitiam. ergo
cum sit bonus et misericors non
potest negare suam misericordiam
et bonitatem. quia promovet ad
largiendum qd ad pumendum.
si ergo non potest iustitiam sua
negare facietib9 malum. multo
magis non potest negare suā bo
nitatem et misericordiam ultiq; qd
requirunt eam. sed qui facit qd
in se est vt eius habeat gratias

112

nequit bonitatem eius et misericordiam, ergo deus non potest ei negare qui facit quod in se est suam bonitatem et misericordiam dat ergo ei et hoc est infundere gratiam. **P**ecundo sic. **A**ugustinus super illud ad romam v. iustificati ex fide pacem habentur regnare. **D**icit deus recipit fugientes ad se aliter in eo esset iniurias sed impossibile est quod in eo sit iniurias, ergo impossibile est quando non recipiat fugientes ad se sed faciens quod in se est fugit ad ipsum. **I**n fine ergo necesse est quod ipse recipiat sed isti recipere est per inscriptionem generalis ergo **T**ercio sic. apostoli iiii. dicitur si quis appetuerit mihi introibo et cenabo cum illo. **H**oc est delectabor. **I**tem Zacharia i. Couerterimus ad me et ego conuertar ad vos. ex his sic arguitur. **I**mpossibile est summam veritatem mentiri sed necesse habet verum dicere et impletum illud. sed dicit quod conuertitur ad ipsam conuertat se et quod appetientem intrabitur cum ergo faciens quod in se est conuertit ad ipsam veritatem primam et ei aperit ad hoc quod intret ergo necesse est quod dominus conuertatur ad illum. **S**ed hoc non est nisi per gratiam ergo virginibus prudentibus facientibus quod in se erat necesse dominus infundit oleum gracie in vasis suis ut possit instruire ad nupcias beatitudinis

eternae.

Tridasaciones in oppositum ad primam respondetur negando consequentiam et ratio est. quia non sequitur sola libertate dat ergo se habet ad dandum et non dandum facient quod in se est sed bene sequitur quod sola libertate dat. **G**enero non dat ex meritis vel per actionem vel prohibitionem quod hoc ex sola liberalitate excludit coactionem et prohibitionem et non immutabilitatem.

Tridas secundam respondetur quod assumptum est falsum sine necessariis dicatur immutabile. talia enim non opponuntur si autem dicatur necessarium coadum vel prohibitum sic verum est quod opponuntur. **P**rimo modo est necessitas in deo et propterea hoc non opponitur sue liberalitati. **P**rimo ex hoc est laus sua quod ipse est immutabilis et immutabilitate libera.

Tridas terciam respondetur cum queritur quid sit facere quod in se est dicimus quod facit homo quod in se est quando ex libertate arbitrii homo auertit se a malo et conuertitur ad bonum recurrens ad deum quem scit suum esse principium et quem esse orandum sibi et petat ab eo lumen cognitum fidei et boni. **A**d ratiōnem ipsam respondetur quod rectitudine illa est naturalis et est quod semper

cōtradidit peccato. unde sūm illā
mouetur sūnderis q̄ semper mur-
murat cōtra peccatū. sed arb. tri-
um nō semper dicitur sūm illam
nec semper sequit̄ eā arbitrium q̄
ideo rāco nō p̄cedit. et sic pat̄;
q̄ homino faciendo qđ in se est a se
quitur ḡciam a deo

Th̄ In festo Hymonis et iude est
euangelium Hoc est p̄ceptuū t̄c.
Ioh. xv. Circa quod p̄nt disputa-
tis sequentes questiones

Dimōvtrū ch̄isto adūe
mēte et p̄dicāte nō tn fa-
ciente visibilia miracula
iudei ei credere tenebantur et vi-
detur q̄ nō r̄ p̄ dñs excusat et erat
p̄mo sic. quicumq; nō facit hoc
ad qđ tenet peccat. s̄ si homines
nō crederent xpo miracula nō fa-
ciente nō peccauerūt. dicit enim
ipse m̄fia in eodem euangelio.
si op̄ra non fecisset que nul-
lus aliis fecit peccatū nō habe-
tent et loqūt̄ de peccato infidelis-
tatis sūm Iug. ergo xpc si nō fe-
cisset miracula homines crede-
nō tenebantur. **T**h̄ Secundo sic.
Nullus p̄t mutare legem nisi la-
ter legis vel eo superior. sed xpus
predicabat quedā que videbant
plinere ad veteris legis abolicio-
nem. sicut q̄ cibi nō coinqūna-
rent hominem et q̄ h̄c in sab-
bato op̄ari. ergo si nō p̄t basset
se ēē legislatorem nō erat ei crede-

dūm. sed hoc fieri nō p̄tuisset m̄
si per miracula. ergo ch̄isto non
erat credendum m̄ si miracula se-
cūs ergo illud nō videtur suffici-
ens argumentum ad probandū
iū deos inexcusabiles esse quod
ait si non venissim et locutus eis
fuissem peccatum nō haberent

Th̄ Tercio arguitur ex illo quod
inquit ap̄ls petrus ait. iij. iude-
is loquens scio q̄ p̄ ignorācā
fecistis sicut et principes vestiū. S
ignorācia excusat. ergo t̄c.

Th̄ In oppositum est euāgelium
p̄sens. **T**h̄ Respondeo dicendum
iuxta sāndū Thomā in qdlibeto
iij. et sup̄ Ioh. q̄ ch̄is o predi-
canti etiam si nulla visibilia mira-
cula fecisset iudei audientes eum
credere tenebantur. et ideo non
credentes inexcusabiles sunt a
peccato infidelitatis. **I**sta cōclu-
sio probatur sic magis obliga-
bantur homines ad credendum
prime veritati q̄ ad credendum
visibilibus signis. sed licet xps
miraculā visibilia nō fecisset tam
verus deus exstens prima veri-
tas erat. ergo etiam si nō mira-
cula fecisset adhuc erat ei creden-
dum. probatur autem et declara-
tur cōclusio sic. nullus tenet ad
hoc quod est supra vires suas m̄
si per eum modū quo fit sibi p̄ s-
cibile. credere autem est sup̄ potē-
tiam hominis naturalē. unde ex
dono dei prouemit sūm illud ap̄ki

ad eph.ij. gracia saluati estis p
fidem et hoc no ex nobis. dei em
donum est. et ad phi.i. dicit ws
datum est no solu in ipsum
credatis sed ut pro ipso paciam
in homo igitur tenet credere snt
hoc quod inuatur a deo ad creden
tum. adiuuat a deo a
liquis ad credendum tripliciter.
Primo quid p interior vocatio
de qua dicitur Ioh.vi. Omnis q
audit a patre et didicat p interior
rem vocacionem remit ad me ad ro
ma. viii. quos predestinavit hos
et vocauit. **S**econdo p de cunctam
et predicationem exteriorem snt
illud apki ad corintha.x. fides ex au
ditu est. auditus autem p verbū
dei. **T**ertio p exteriora miracula
vnde dicitur i. ad cor. xiiij. q sig
na data sunt infideibus ut scz p
ea prouocentur ad fidem. si autem
christus visibilita miracula no fe
asset ad huc remanebat alij mo
di attrahendi ad fidem quibz ho
mines acquiescere tenebatur. te
nebatur autem homines credere
actori legis et prophetarum que
se ee christus p autoritatem sa
ere scripture demonstrabat. tene
batur etiam interiori vocationi
no resistere sicut Psa. de se dicit.
dominus autem aperuit mihi au
tem. ego autem no contradico nec
retorsum abh. **P**sa. i. sicut econs
trato de quibz dam dicitur act.
vij. ws semp spiritui sancto refi
stis. et ideo optime dicit cust.

si ego personaliter no venisset si,
aut p prophetas fuit predictum q
locutus doces eos p legem et p
phetas et ostendens me ee messi
am in lege promissum peccatum
no haberet. q autem ipsi cognosc
uerunt christum. patet Mathe
xxv. hic est heres veniente occida
mus eum.

Ad rationes in oppositum.
ad primam respondetur negando
minorem et ad probacionem re
spendetur q per illa opera q xpus
i eis fecit anumerari etiam debet
vocatio interior que quicquam ar
traxit. sicut Greg. dicit in qdam
omelia q christus mariam mag
dalenum traxit interius qui enā
p clemētiā suscepit fortas. anu
merati etiam debet eius doctrina
cum etiam ipse dicat si no venis
sem et locutus eis fuissim pecca
tum no haberet.

Ad secundam respondetur
negando minore. **D**icitur enim q ci
stus poterat se ostendere et ostendit
legislatore no solū facieō visibili
ta miracula sed etiam p actori
tatem scripture et p interiori in
stinctum.

Ad secundā qstionē q ē vtp ar
gumentū illud xpī sit sufficiē
quo ait si oga no fecisset in eis
que nemo aliis fecit peccatum no
haberet. et v. detur q no. **P**rimo
sic. **H**oc cōtrariat pmo argūto
ergo no valet. **D**na est bona. **A**n
probat. quia in pmo dīctū est q

etiam si xp̄s nō fecisset m̄ miracula
adhuc peccatū nō haberet nō re-
cipientes eū. **T**ercūdo sic. xp̄us
nō fecit in eis alia q̄ alij nō fece-
runt. nā si fuscitauit mortuos hoc
Helias et **E**lieus fecerūt si xp̄s
ambulauit sup̄ mare et moyses
mare diuinfit et **J**osue qd̄ manus
est fecit solem stare **J**osue. x. er-
go nō videt argumētū illud xp̄i
sufficiens. **T**ercio sic. Aliquā
fecerūt maiora m̄ miracula q̄ xp̄us
Dicit em̄ **Joh.** xliii. qui credit in
me opera que ego facio et ipse fa-
ciet et maiora horū faciet.
TQuarto sic miracula nō suffi-
ciunt ad pbandū gratiā gratū fa-
cientē in aliquo ergo nec ad pro-
bandū dūmitatē in aliquo. er-
go argumētū illud nō videt suffi-
ciens. **T**In oppositū ē verbū xp̄i
in euangelio. **T**Respondeo di-
cendum q̄ miracula q̄ xp̄s fecit
sufficienter pbāt xp̄i m̄ deū ee et
p̄ q̄ns argumētū xp̄i fuit suffici-
ens ad pbandū. p̄z coclusio ex al-
lo **Joh.** v. Operā q̄ dedit mihi p̄tē
vt faciā ipsa testimoniū ghibet
de me. Patet et racōe. **P**rimo q̄
de sūm̄ ipsā speciē reū que trāscē-
dāt omnē p̄tātēz create virtutis
et iō nō poterāt fieri. nisi virtū te-
diūma. **T**ecūdo p̄pter modū f. q̄
endi. q̄ si p̄p̄ia a virtute siue p̄tā-
te faciebat miracula nō autē orā-
do sicut alij. vñ dī **Lu.** vi. virtus
de illo exhibat et sanabat omnes

Ad ratiōnes in opositū.
ad pr̄imam respondeatur negando
assumptū et ad p̄baōne responde-
tur sicut dīdū est prius in superi
ori. q̄ p̄ opa q̄ xp̄s fecit intelligē-
dum est nō solum de visibilibus
sed etiā de inuisibilibus sc̄z intēc
ori int̄imātū et attractū doctrine
que quidē si in eis nō feciss̄ pecca-
tum non haberent

Ad secundam respondetur
sūm̄ Aug. q̄ dñs nō loquīt̄ de qui
buscūq̄ miraculis factis in eis. i.
in aspectu eorum sed de factis in
eis. i. p̄lōmis eorū. nā in curaō
ne infirmorū nullus tñ in eis fe-
cit qntū xp̄c q̄nūs etiā et in alij
similiter q̄ null⁹ hō factus alius
est deus et null⁹ natus est de vir-
gine nisi xp̄us. fecit ergo in eis
opera que nemo ali⁹ fecit in cura-
tione etiā infirmorū et hoc in tñ
bus. **P**rimo quidē in magnitudi-
ne. quia mortuum quatid uanū
fuscitauit cecum illuminauit qd̄
a seculo nō est auditum. **T**ecū-
do in multitudine. q̄ omnes q̄t-
quot male habebāt curabat. vt
dīct **Math.** xliii. quod null⁹ as-
tius fecit. **T**ercō in modo. quia
sicut dīximus alij facebant orā-
do inuocando ostendentes se nō
p̄p̄ia virtute facere. s̄ crīst⁹ facie-
bat in p̄xando. q̄ p̄p̄ia virtute
sic ḡ tīc̄ q̄ alij mortuos fuscita-
ret et abia m̄ miracula faceret q̄ crīst⁹
fecit n̄ tñ eodē mō nec p̄p̄ia v̄tute

112

ut xp̄s similiter qđ dicit de si a-
cione solis minus est eo qđ xp̄us
moriens lunam retrocedere fecit
et totum cursum firmamēta mu-
tauit ut dicit dominus.

Ad tertiam respondetur ne-
gando consequenciam et ratio ē
quia alij licet quo ad substanti-
am aliqua maiora facerent sicut
qđ umbra p̄t̄ sanabat infirmos
non tamen maiora erāt quo ad
modum p̄mō illi non facebāt
sine christo unde ch̄ris um̄ iuo-
cando illa operabantur.

Ad quartam respondetur
negando consequenciam et ratio
est quia miracula sunt virtute
diuina ad confirmationem verita-
tis fidei. unde dicitur Mar. vi.
de apostolis qđ predicauerūt rbi
qđ domino cooperante et sermo-
nem cōfirmando sequentib⁹ sig-
nis. non autem sunt miracula
semper ad demonstrandum grā-
tiā eūs p̄ quem miracula sunt
et ideo potest contingere qđ aliquis
graciam gratum facientem non
habens miracula faciet. sed hoc
